CONRARDUS de MURE *Canonicus, primusque Ecclesiæ Tigurinæ Cantor, qui floruit anno* 1273. Scripsit Fabularium, id est, de diversis Poëtarum fabulis, qui Liber in Bibliothecâ Carolinâ Tigurinâ asservatur. In eo ordine Alphabetico recenset Philosophos, Græcos, Arabes, & Latinos, Sententiasque quorundam acutiores subjicit, teste Hottingero in Bibliothecâ Tigurinâ.

CONRARDUS RITTERHUSIUS *I.C. in Academiâ Altorfinâ Professor Primarius* edidit Malchum de Vitâ Pythagoræ, & Notis illustravit. Altorfii 1610. in 8.

CONRARDVS SCHOPPIVS *Poëta Coronatus, Oratoria, & Poëtices in Academiâ Heidelbergensi Professor*, Oratio parentalis super obitum Nicolai Matthiadæ Bachendorpii Dani, in eâdem Academiâ Philosophiæ & Medicinæ Professoris. Heidelbergæ, typis Viduæ Joannis Georgii Geyderi, 1621.

CONRARDVS SAMVEL SCHVRZFLEICHIVS, Orationes Panegyricas varii argumenti apud Hæredes Meyerianos 1697. in 4. Ubi habentur Orationes habitæ in funeribus celeberrimorum Academiæ Wittebergensis Doctorum Hominum, Joachimi Meisneri, & Abrahami Calovii, Theologorum, Casparis Ziegleri, Jurisconsulti, & Andreæ Sennerti, Linguarum Orientalium Professoris.

CONRARDVS WETTER *Suevus Iesuita*, vertit in Linguam Germanicam Vitas Ignatii Loyolæ & Josephi Anchiettæ.

CONSTANTINVS de ROSSI *Salaminius Congregationis Somascha, Episcopus Voglienfis*, scripsit Italicè Vitam Hiero-

nymi Miclni Nobilis Veneti, Fundatoris Religionis Ordinis Samoschæ.

CORNELIUS ASPASIUS Vide ANGELICUS APROSIUS.

CORNELIUS à BEUGHEM *Embricensis Clivorum Plebis Tribunus.* Bibliographia Historica, Chronologica, & Geographica, novissima perpetuò continuanda, sive, Conspectus primus Catalogi Librorum Historicorum, Chronologicorum, & Geographicorum, tam Sacrorum, quàm Profanorum, &c. Quibus ob argumenti similitudinem, sparsim suis locis inseritur Genealogicorum, Heraldicorum, Bibliothecariorum, aliorumque hujus generis Scriptorum Specimen; Quotquot currente hoc semi sæculo, hoc est, ab anno 1651. per universam Europam, in quavis Linguâ Orientali tum Græcâ, Latinâ, Hispanicâ, Italicâ, Gallicâ, Anglicâ, Germanicâ, & Belgicâ, aut novi, aut emendatiores & auctiores typis prodierunt.

Accedit Ejusdem Musæum, seu Syllabus Iconum, sive Imaginum Illustrium à sæculo hominum, quæ in ejus Musæo spectantur. Amstelodami, apud Janssonio-Waesbergios, 1685. in 8.

Incunabula Typographiæ, sive Catalogus Librorum, Scriptorumque proximis ab inventione Typographiæ annis, usque ad annum M D. inclusivè, in quavis linguâ editorum. Opusculum sæpius expetitum, Notisque Historicis, Chronologicis, & Criticis intermixtum. Amstelodami, apud Joannem VVolton, 1686. in 12.

Bibliographia Mathematica & Artificiosa, novissima perpetuò continuanda, seu Conspectus primus Catalogi Librorum Mathematicorum, sc. Arithmeticorum, Geometricorum, Astronomicorum, Geographicorum, Opticorum, Harmonicorum, & Mechanicorum, quibus ob argumenti similitudinem, suis locis inseruntur Mathematico-Physicorum, & Physico-Mathematicorum, Artificiosorum, & ad delectationem, usumque Vitæ humanæ conducentia Scriptorum specimina, quotquot currente hoc semi seculo, id est, ab anno reparatæ salutis 1651. in quavis Linguâ Orientali, tum Græcâ, Latinâ, Gallicâ, Italicâ, Hispanicâ, Anglicâ, Germanicâ, & Belgicâ, aut novi aut emendatiores, aut auctiores typis prodierunt. Accedit ejusdem Cosmographia, sive, Atlantis Majoris, tam Blaviani, quàm Janssoniani, brevis Conspectus harmonicè exhibitus. Ibidem, 1688. in 12.

Appa-

Apparatus ad Historiam litterariam novissimam, seu, Dispositio harmonica Scriptorum, operumque quorum Summaria, & contenta in Actis & Ephemeridibus eruditorum Universæ fermè Europæ exhibentur. Ibidem. 1689. in 12.

Biblioreca Eruditorum Critico-Curiosa, sive, Apparatus ad Historiam Litterariam novissimam. Conspectus secundus. Ibidem, 1694. in 12.

Idem Editioni adornat Bibliographiam Universalem novissimam perpetuò continuandam, & Bibliothecam materiarum.

Bibliothecam Bibliothecarum, hoc est, enarrationem omnium Librorum operumque quæ sub titulo Bibliothecæ, Catalogi, Indicis, Athenarum, &c. hactenus prodierunt.

Bibliothecariographiam, hoc est, novam & facillimam Methodum inveniendi quicquid ad cognitionem uniuscujusque Scriptoris, ejusque Scriptorum pertinere videtur.

Bibliothecam Belgicam, sive, Recensionem omnium Librorum à Belgis unquam conscriptorum, Typisque impressorum.

Bibliographiam Belgicam, sive Recensionem omnium Librorum quotquot in Belgio unquàm, aut novi, aut emendatiores, & auctiores typis prodierunt.

De Scriptis Mathematicis Librum singularem, & de Scriptis Historicis Librum singularem.

Bibliothecam Chronologicam novissimam perpetuò continuandam, sive, Natales, & emortuales Annos, Menses, & dies, doctrinâ, scriptis, vel Arte quapiam çlarorum Virorum, qui ab anno 1501. diem suum obierunt.

Bibliothecam Calcographicam curiosam litterati & artificiosi Orbis, sive, Manuductionem ad faciliorem inventionem omnium Iconum, doctrinæ, ingenii, vel artis quapiam laude illustrium Virorum, quorum Icones reperiri potuerunt, Additis Variorum selectissimis Epigrammatibus.

CORNELIUS BERGIUS, Memoria Bergeriana, hoc est, Historia Vitæ & Mortis Joachimi de Berg. Hanoviæ, 1611. in 4.

CORNELIUS CURTIUS Vitæ Ruperti & Virgilii Antistitum Salisburgensium. Ingolstadii 1621.

CORNELIUS GRASIUS *Carthusianus*, Vitæ Sanctorum

G 3 ctorum

ctorum selectissimæ quatuor Tomis distributæ, primum quidem per Zachariam Lippelloum fideli Compendio descriptę; nunc verò recens recensitæ studio Corn. Gravii. Coloniæ Agrippinæ, ex Officinâ Bern. Gualteri, 1616. in 8.

CORNELIUS GVALTERVS, continuávit Elogium Georgii Cassandri quod ejus Operibus inseruit.

CORNELIVS SCHREVELIVS, Vitam Horatii præmisit ejus Operibus, cum Commentariis Variorum. Lugduni Batavorum ex Officinâ Hackianâ, 1693. in 8.

CORNVTVS, JOANNES BRITANNICVS, & BARTHOLOMÆVS FONCIVS, scripserunt Persii Vitam, quæ præmittitur ejus Satyris, Venetiis per Joannem Rubeum Vercellensem 1516. fol. impressis.

COSMAS *Pragensis Ecclesiæ Decanus*, Vitam Adalberti Episcopi Pragensis adjecit Chronico Bohemiæ à se edito, Hanoviæ, Typis Wechelianis 1621. fol.

COSMAS LAVRVS *Brixiensis* Opus condidit de Præsulibus Brixiensibus.

COTOLENDI, *La Vie de Saint François de Sales, Evêque de Genève*. Parisiis, apud Robertum Pepie, 1689. in 8.

COVLON, *Les Vies, Mœurs, & Actions des Papes de Rome tirées d'Onuphre, Cicarella, Ciaconius, & autres Auteurs modernes, continuées jusqu'à Innocent X. A Paris, chez Gervais Clousier*, 1652. *in* 4.

COVTVRES, *Les Oeuvres de Lucrece en François, avec l'Original Latin & la Vie de Lucrece*. Parisiis, & Amstelodami, apud Huguetanos, 1692. in 12.

CVTBERTVS, *Anglus Dunelmensis, Gyrvvicensis Cœnobii Monachus, Venerabilis Bedæ discipulus*, scripsit Librum de Vitâ & Obitu Bedæ.

CVNRARDVS EVERMOT *Presbyter Ratzeburgicus*, Chronicon Episcoporum Aldenburgensium, in Wagriâ notulis illustratum, & editum à C. F. P. Francofurti ad Mœnum, impensis Friderici Knochii, 1698. in 4.

CYPRIANVS à NATIVITATE VIRGINIS, Vide DIDACVS de JEPVS.

CYRIACVS LENTVLVS Germania cum Vita Julii Cæsaris. Marpurgi 1666. 8.

CYRILLVS

CYRILLUS *Palæstinus*, *Lauræ Monasterii Monachus*, scripsit Vitam Joannis Silentiarii, Græcè & Latinè ab Henschenio & Paperbrochio editam, ad 13. Martii.

DACIER, *Castrensis apud Albios*, *unus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis*, convertit in Linguam Gallicam, Vitam Horatii à Suetonio scriptam, quam notis illustravit. Extat in ultimo Volumine Operum Horatii ab eodem Dacier in Linguam Gallicam conversorum, & Parisiis primùm, deinde Amstelodami, apud Huguetanos, 1691. in 12. editorum.

Idem, & Anna Tanaquilla Fabia, Uxor ejus, Historiam Vitæ Imperatoris Marci Antonini Gallico idiomate adornarunt, & præmiserunt Versioni Gallicæ libri ejusdem Imperatoris ad seipsum, Ultrajecti, apud Franciscum Halma, 1691. 2. Vol. in 12. excusæ.

Idem, in Præfatione Versionis Gallicæ Operum Hippocratis à se compositæ, & Parisiis in 12. 1697. editæ, agit de Medicis qui ante Hippocratem floruerunt, & Vitam Hipocratis descripsit.

Idem & doctissima Uxor, Anna Tanaquilla Fabra, inseruerunt Vitam Plutarchi, Præfationi appositæ Vitis ejusdem Plutarchi in Linguam Gallicam conversis, & Parisiis 1695. apud Claudium Barbin editis.

DAMAS Vitam Eudemi Philosophi Peripatetici scripsit.

DAMASCIUS *Damascenus Syrus*, *Philosophus Stoicus* scripsit Vitam Isidori. Idem est Autor Vitæ Aristotelis editæ à Petro Nunnelio, si eidem Nunnelio fides habenda est. Vid. Voss. de Hist. Græc. l. 11. c.22.

DANIEL ANGELOCRATOR *Cobachiensis VValdeccus*, *Superintendens Marpurgensis*, *deinde Cothonensis*, Operis Historici Universalis Tomi quatuor, quorum primo extat Index Ecclesiasticus, qui sub Novo Testamento ostendit, 1. puriores Ecclesiæ Doctores. 2. Hæreticos & eorum deliria. 3. Concilia, & eorum Sancita. 4. Decreta & Ritus Romanorum Pontificum. 5. Epitomen Conciliorum. 6. Academicorum & Scholarum illustrium Indicem. Tomus secundus continet Vitas & Res gestas eorum qui rebus divinis præfuerunt, Libris octo, Primo loco describuntur Summi Sacerdotes Veteris Testamenti, Item Sapientes, Seniores & Rabbini, qui tanquam caput Synagogæ Judaicæ suum Tal-

Talmud, seu, doctrinam oris ad posteros transmiserunt, cum censura. Secundo, Episcopi Orientales sub Novo Testamento, nempe; Hierosolymitani, Antiocheni, Alexandrini, Ephesini, Cæsareenses, Constantinopolitani &c. Tertiò, Episcopi, Patriarchæ, & Pontifices Romæ, in Italiâ. Quarto, Cardinales Ecclesiæ Romanæ, Archiepiscopi Mediolanenses, Aquilejenses, Gradenses, Ravennates, & Papienses. Quinto, Germaniæ Septem Archiepiscopi, & horum Suffraganei. Sexto, Galliæ Episcopi. Septimo, Episcopi in Hispaniâ. Octavo, Angliæ Episcopi, cum Appendice. Tomus quartus continet Alphabetarium Historicum in quo describuntur ordine Alphabetico Vitæ & Res gestæ eorum Illustrium quorum certa series & successio in tempore non potuit haberi, ut sunt quidam Reges, Principes, Barones, Milites Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Scriptores, Doctores, Professores, Philosophi, Poëtæ, Medici, Jurisperiti, Fratres omnium Ordinum, Hæretici, Artifices, Rerum Inventores, & alii undecunque Clari Viri. Sed incertum an hoc Opus prodierit.

Ejusdem, Vitæ, & Res gestæ Archiepiscoporum, & Episcoporum Bremensium ac Hamburgensium, ab A. C. 788. usque ad sua tempora, ex Opere Chronologico excerptæ, & imaginibus illustratæ. Cassellis, 1617. in 4.

DANIEL BARBARUS *Nobilis Venetus*, *Patriarcha Aquileiæ*, Vitam Vitruvii præmisit ejus Architecturæ, in Linguam Italicam conversæ. Venetiis, 1679. in 4.

DANIEL BARTOLUS *Iesuita*, Vita Vincentii Caraffæ, Septimi Generalis Societatis Jesu. Romæ 1651. in 4. edita. Ex Italico Latinè reddita est à Jacobo Hautino.

Idem vulgavit Vitam Francisci Xaverii, Boderici Aquaviva, & Stanislai Kotskæ Jesuitarum.

DANIEL BERCKIRNGERUS, Oratio funebris Antonii Æmilii Aquisgranensis, in Academiâ Ultrajectinâ Historiarum Professoris habita 21. Novembris 1660.

DANIEL DIETERICUS, *Medicinæ Doctor*, Oratio funebris quâ Gregorio Horstio Seniori, Medicinæ Doctori & Professori Giessensi parentavit. Extat Tomo III. Operum ejusdem Horstii.

DANIEL ELZEVIR *Bibliopola Lugduno-Batavus*, Catalogus Librorum Danielis Elzevir, Lugduni-Batavorum 1674. 12.

DANIEL

DANIEL ERNESTIUS *Professor Soranus*, Catalogus Operum Parentis auctus. Hafniæ, 1646. in 4.

DANIEL ERNESTUS JABLOWNSKI, Vide GILBERTUS.

DANIEL FAIRCLOUG *vulgò* FEATLY, *Anglus, Oxoniæ Artium Magister, Theologiæ Baccalaureus, & deinde Professor*, Vitas Joannis Raynoldi, Joannis Ivelli, Episcopi Sarisburiensis, & Roberti Abbot, Episcopi Sarisburiensis, Idiomate Anglico descripsit.

DANIEL FRANCUS, Disquisitio Academica de Papistarum Indicibus Librorum prohibitorum, & expurgandorum, in quâ de numero, Autoribus, occasione, fine, contentis disseritur, ut Vicem L.L.C.C. sustinere, inque illam referri commodè possit quidquid usquam occurrit de Librorum prohibitione, aut depravatione. Lipsiæ, sumptibus Hæredum Lanckisii, 1684. in 4.

DANIEL GEORGIUS MORHOFFIUS, Polyhistor, sive de Notitiâ Auctorum & Rerum Commentarii, quibus præterea Varia ad omnes disciplinas consilia & subsidia proponuntur. Lubecæ, sumptibus Petri Becmanni, 1688. in 4.

Idem, agit de Epistolographis veteribus & recentioribus, & de Artis Epistolographicæ Scriptoribus, in suo Collegio Epistolico; Lipsiæ, apud Hæredes Lanckisianos 1693. excusæ.

Idem composuit Opus de Notitiâ Auctorum quod nondum editum est teste Sever. Walth. Slut. in Præf. Propyl. Hist. Christianæ.

Idem, in Tractatu de Arte excerpendi, Lubecæ, sumptibus Petri Becmanni 1692. in 4. impressi, Autores aliquot qui de excerpendi ratione scripserunt, recenset.

Idem, contexuit Catalogum Operum ineditorum Martini Fogelii, & Andreæ Bosii lib. 1. c. 2. Polyhist.

* DANIEL GUILLELMUS MOLLERUS *in Academiâ Altorfinâ Professor*, Index Alphabeticus Scriptorum de Rebus Italicis, adjectus programmati de præparatione abiturientium in Italiam. Altorfii, 1679. in 4. edito.

Ejusdem, Artis Heraldicæ Scriptores. Ibidem, 1682. 4.

Ejusdem, Disputatio Circularis de Platinâ. Altorfii 1694.

DANIEL HARTNACIUS, *Pomeranus, Gymnasii*

Cathedralis Slesvvicensis Rector, Judicium de Historicis Germaniæ Antiquæ,& Novæ,Cellis,1689. Vide JOANNES MICRÆLIVS.

DANIEL HEINSIVS *Batavus*, *Bibliothecarius*, *&* *Politices in Academiâ Lugduno-Batavâ Professor*, Catalogus Librorum Bibliothecæ Danielis Heinsii. Lugduni Batavorum, 1656. in 8.

Ejusdem, Peplus Græcorum Epigrammatum in quo omnes celebres Græci Philosophi, encomia eorum, Vita, & opiniones recensentur, aut exponuntur.Lugduni Batavorum, ex Officinâ Joannis Patii, 1613. in 4.

DANIEL LISTORPIVS *Lubecensis*, *in Academiâ Ienensi & Vpsaliensi Iuris Professor*, scripsit Vitam Renati Descartes. Extat in Tomo secundo Speciminis Philosophiæ Cartesianæ.

DANIEL MONACHVS *è Cœnobio Rhaiteno*, Vita Joannis, cognomento Scholastici, vulgò Climachi, Græcè & Latinè, præmissa ejusdem Climachi operibus, Lutetiæ Parisiorum, 1673. apud Sebastianum Cramoisy in folio editis.

DANIEL de NESSEL *I. V. D. S. Cæsareæ Majestatis Consiliarius & Bibliothecarius Aulicus*, Breviarium & Supplementum Commentariorum Lambecianorum, sive, Catalogus, aut recensio specialis Codicum Manuscriptorum Græcorum, nec non Linguarum Orientalium Augustissimæ Bibliothecæ Vindebonensis. Vindebonæ, & Norinbergæ, typis Leopoldi Voigt, & Joachimi Baltazar Endteri, 1690. in folio. In primo Additamento agit de Bibliothecariis ejusdem Bibliothecæ.

DANIEL PAPERBROCHIVS *Iesuita*, Septimo Tomo Actorum Sanctorum Maii præposuit Commentarium de Vita & Operibus Gothofredi Henschenii Jesuitæ. Prodiit Antuerpiæ, apud Michaelem Cnobarum, 1688. in folio.

DANIEL PARÆVS, Vita Lucretii præfixa ejus operibus Francofurti 1631. Impensis Gulielmi Fitzeri, in 8. & iisdem à Michaele Fayo Notis & Interpretatione illustratis. Parisiis, apud Fridericum Leonard, 1680. in 4.

DANIEL SPRINGINSGVTH, *VVerbensis Marchicus*, *Pastor VVismariensis*, Aurifodina Biblica, exhibens Catalogum locupletissimum Auctorum, qui ab ipsis inde Ecclesiæ incunabulis S. Scripturæ Editiones,ejusque expositiones procurarunt.Item Consilia Varia de Studio exegetico, Stralsundi, 1671. in 4.

DA-

DANIEL PAWLOVSKI Vita Gaspari Drusbucki Jesuitæ Poloni. Cracoviæ, 1670. in 8.

DANIEL TOSSANUS *Senior, Theologiæ Professor, Aureliis primum, deinde Neostadii, ac tandem Heidelbergæ*, Synopsis de Patribus &c. Heidelbergæ, 1603. Hic Liber in nostro Catalogo Autorum pag. 68. perperam tributus fuerat Danieli Tossano Juniori.

DANIEL TOSSANUS, *Montbelgardiensis, Heidelbergensis, Theologus*, Oratio funebris in obitum Friderici Spanhemii Ambergensis Palatini, Genevæ, & Lugduni Batavorum Theologiæ Professoris.

DAVID ABERCROMIUS *Scoto Britannus, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor*, agit de Plagiariis, in Libro cui titulus, Fur Academicus, Amstelodami, apud Abrahamum Wolfgand, 1689. in 12. edito.

DAVID ANCILLON *Metensis, in Patriâ primum, deinde Berolini Verbi Dei Minister, La Vie de Guillaume Farel Ministre*, Amstelodami, apud J. Garrel, 1691. 12.

Ejusdem, Melange critique de litterature, Ubi habentur multa notatu digna, de quamplurimis Viris doctrinâ illustribus. Basileæ, apud Emanuel & Joannem Konig. 1698. Duob. Volum. in 12.

DAVID CHYTRÆUS *apud Rostochienses Theologiæ Professor*, In Orationibus suis Theologicis & Historicis, celebravit laudes S. Augustini, & Vitam Joannis Friderici Superintendentis Ecclesiarum Wismariensium descripsit. Editæ sunt Hanoviæ, typis Wechelianis, 1614. in 8.

Ejusdem, Tabula de Vitâ Ciceronis, adjecta ejusdem Vitæ, à Wolfgango Peristero descriptæ. Berolini 1581. 8. excudebant hæredes Mich. Vertzen.

DAVID PFEIFFERUS, scripsit propriam Vitam, quæ adjecta est ejusdem Libro inscripto, Lipsiæ, curâ Adami Rechenberi, Mathsburgi & Lipsiæ, apud Reinardum Wæchtlerum, 1689. in 8. edito.

DAVID STUART, scripsit Vitam Joannis Hornebeck in Academiâ Trajectinâ primum, deinde in Lugduno-Batavâ Theologiæ Professoris. Habetur in limine ejus Libri de Conversione Judæorum & Gentilium, Amstelodami, 1669. in 4.

DECHARNES *Academicus Nemausensis. La Vie du Tasse.*

H 2 Parisiis,

Parisiis, apud Stephanum Michalet, 1690. in 12.

DEGOREUS WEHAR *Oxonii Professor Historiæ, Cambdenianus*, Relationes Hiemales, de ratione & Methodo legendi Historias Civiles & Ecclesiasticas, quibus Historici probatissimi, non solùm ordine quo sunt legendi catenatim recensentur, sed doctorum etiam Virorum de singulis judicia subnectuntur, necnon unde singulorum in Historiâ, vel brevitas dilatari, vel defectus suppleri, vel perplexitas expediri, vel mutilationes denique temporum injuriâ factæ resarciri possint, indicantur, Noribergæ, 1660. in 12. Oxonii, 1662. in 8. Cantabrigiæ, ex Officinâ Joannis Haye, 1684. in 12. cum Bibliographiâ Politicâ Gabrielis Naudæi. Anglicè Londini, 1685. cui accessit Supplementum Nicolai Hofman de Historicis Nationum particularium auctum ab Edmundo Bohn.

DESIDERIVS ERASMVS, Epistola ad Ulricum Hultenum de Thomæ Mori Angliæ Baronis, Vita. Adjecta est ejusdem Utopiæ & aliis Opusculis, Basileæ 1563. apud Episcopium 8.

Idem in Ciceroniano, agit de quamplurimis Viris doctis, antiquis & recentioribus.

DESIDERIVS HERALDVS, scripsit Vitam Pythagoræ, Genevæ, 1595. in 8. excusam.

DEMETRIVS MAGNES egit de Scriptoribus homonymis & singulorum vitam breviter exposuit.

DEMOSTHENES *Thrax* scripsit Vitas Poëtarum Dithyrambicorum.

D'HERBELOT, *Bibliotheque Orientale, ou Dictionaire Universel, contenant tout ce qui regarde la connoissance des Peuples de l'Orient, leurs Histoires & traditions veritables ou fabuleuses, Leurs Religions, Sectes & Politique, &c. Leurs sciences & leurs Arts, &c. Les Vies & actions remarquables de leurs Saints, Docteurs, Philosophes, Historiens, Poëtes, &c. Des Iugemens Critiques & des Extraits de tous leurs Ouvrages, &c. A Paris chez la Compagnie des Libraires* 1697. *in fol.*

DIDACVS le ARCE y REINOSO, *Catalogo general de la Libraria del Sennor Don Diego le Arce y Reinoso, Obispo, Inquisidor General en todos los Reinos, Madriti*, 1660. In illo Catalogo, teste

teste clarissimo & doctissimo Henr. Meimbonio, Addit. ad Vogler. Introd. p. 157. Multi Auctores Hispani, & Hispanicâ linguâ scripti, Jurisconsulti, & Historici imprimis, quorum aliàs vix ulla notitiâ, accuratè, annotatis editionibus, memorantur.

DIDACVS de CASTELON de FONSECA, *Episcopus Tarraconensis*, scripsit Vitam Bartholomæi Carranzæ, Archiepiscopi Toletani.

DIDACVS COLMENERIVS, scripsit de Viris Illustribus Urbis Segoviensis, in Appendice ad Historiam ejusdem Urbis, quæ Segoviæ, apud Didacum Diaz, 1637. in folio impressa est.

DIDACVS de JEPES *Hispanus, Hieronymianus, Præsul Turriusonensis* edidit Hispanicè Vitam Tensæ de Jesu, Madriti, 1599. & 1624. Eam in Linguam Latinam transtulit Cyprianus à Nativitate Virginis, & publicavit, Parisiis, anno 1643. & in Italicam Julius Cæsar Bracini Jurisconsultus & Protonotarius Apostolicus, Romæ apud Andream Fei 1623. in 4.

DIDACVS de LIMOS *Lusitanus, Ordinis Fratrum Prædicatorum*, edidit anno 1524. Vitam S. Dominici.

DIDACVS MASIVS, *Hispanus, Valentinus Dominicanus*, scripsit Hispanicè Vitam S. Thomæ Aquinatis.

DIDACVS MENDEZ de VASCONCELLOS, *Lusitanus*, Gundesalvi, Primarii Episcopi Visensis Vita, quæ prodiit cum ejusdem Vasconcelli Opusculis Poeticis. Eboræ, 1591.

DIDACVS de MVRILLAS, *Cæsar-Augustanus, Ordinis Minorum*, edidit Hispanicè Historiam Urbis Cæsar-Augustanæ, in quâ contexuit Catalogum illustrium Cæsar-Augustanorum. Barcinonæ, 1606. in folio.

DIDACVS PETRA *Marsorum Episcopus*, Muti Phæbeni Marsi Protonotarii Apostolici Opus Posthumum de Historiâ Marsorum, cum eorundem Episcopotum Catalogo, illustravit & auxit. Neapoli, 1678. in 4.

DIDACVS SANCHEZ PORTOCARRERVS *Hispanus, Nuovo Catalogo de los Obispos de Siguença; Epilogo de sus mas memorabiles acciones, y de los Successos mas Sennalados en el Obispado.* Madriti, apud Didacum Diaz de la Carrera, 1646. in 4.

DIDACVS SIMANCAS *Corducensis, Zamorensis*

 Episcopus,

Episcopus, De Episcopis Jurisperitis Opusculum. Antuerpiæ 1579.

DIO CASSIUS edidit Vitam Arriani Philosophi, Discipuli Epicteti à Suida citatam.

D. L. M. *La Vie de Iustin*, in limine ejus Historiæ in Linguam Gallicam conversæ, & Parisiis 1694. 2. Vol. in 12. editæ.

DIOCLES MAGNES scripsit de Vitis Philosophorum Librum, quo suam Historiam sæpenumero Laertius illustrat.

DIOGENES LAERTIUS, De Vitis, Dogmatibus, & Apophtegmatibus clarorum Philosophorum, Libri decem, cum Annotationibus integris Isaaci Casauboni, Thomæ Aldobrandini, & Merici Casauboni. Latinam Ambrosii Versionem complevit & emendavit Marcus Meimbonius. Seorsim excusas Ægidii Menagii in Diogenem Observationes auctiores habet Volumen secundum, ut ejusdem Syntagma de Mulieribus Philosophis, & Joachimi Kuhnii in Diogenem. Amstelodami, apud Henricum Wetstenium 2. Vol. in 4. 1688. Ibidem extat Catalogus Editionum Diogenis Laertii ab infantiâ Typographiæ, ad annum 1663.

DIOMEDES CORNARUS *Quiccaviensis*, Oratio funebris in Obitum Wolfgangi Lazii, Consiliarii & Archiatri Ferdinandi I. Cæsaris. Vindebonæ, typis Michaëlis Zimmermanni in 4. 1565.

DIONYSIUS CYCHUS *Cantaber Ord. Cist.* Vita Petri Lorca ejusdem Ordinis. Extat in limine ejus Libri de Incarnatione.. Compluti, 1616. apud Viduam Andreæ Sanchez.

DIONYSIUS GOTHOFREDUS *Consiliarius & Bibliothecarius Regis Galliæ*, in Linguam Gallicam convertit Vitam Philippi de Comines à Joanne Sleidano Latinè scriptam, & Annotationibus illustravit. Extat ad calcem Tractatuum Cominæi Historiæ adjectorum. Parisiis ex Typographia Regia fol. & Hagæ Comitis 1682. 2. Vol. 12. apud Arnoldum Leers.

DIONYSIVS HALICARNASSÆVS (Judice Thoma Galæo in Libro de Authoribus Mythologicis) est Autor Vitæ Homeri quæ solet jungi cum Vitâ ejusdem Poëtæ à Plutarcho compositæ.

DIONYSIUS FABER, *Prior Cœlestinorum Parisiensium*, Vita B. Cœlestini V. conscripta primum à Petro de Alliaco, & locupletata à Dionysio Fabro. Parisiis apud Franc. Stephanum 1530. 4.

DIONYSIVS

DIONYSIVS MVDZAERT, edidit Librum de Scriptoribus Ordinis Præmonstratensis.

DIONYSIVS *Olynthius*, scripsit de Homeri Patriâ, Ætate, & Poësi.

DIONYSIVS PETAVIVS *Aurelianensis Iesuita*, Viros Doctrinâ & Scriptis celebres in Rationario temporum recenser.

Ejusdem, Præfatio ad Juliani Imperatoris Opera, in quâ de Juliani, & universè de Gentilium libris disserit.

DIONYSIVS de SAINTE MARTHE, *Benededictinus Congregationis S. Mauri. La Vie de Cassiodore, prémier Ministre de Théodoric le Grand, & de plusieurs autres Rois d'Italie.*

Ejusdem, *Histoire de S. Gregoire le Grand Pape & Docteur de l'Eglise, tirée principalement de ses Ouvrages.* Parisiis, 1697. 2. Vol. 4.

DIONYSIVS SIMON, *in Curiâ Præsidiali Bellovacensi Consiliarius, Nouvelle Bibliotheque Historique & Chronologique des principaux Interpretes du Droit Civil, Canonique, & particulier de plusieurs Etats, & Provinces depuis Irnerius, avec le caractére de leur esprit & des Iugemens sur leurs Ouvrages. Ensemble l'idée d'un bon Iuge, & une Dissertation touchant les Coutumes.* Parisiis, apud Robertum Popie, 1692. in 12.

DIONYSIVS VASQVEZ *Toletanus Iesuita*, scripsit, sed non edidit Vitam Francisci Xaverii.

DOMINICVS ANTONIVS GANDOLFVS propediem editurus est litteras eruditas & curiosas, quarum tertia continebit, Catalogum Auctorum qui laudes Antonii Magliabechi, Bibliothecarii Magni Ducis Etruriæ, celebrarunt.

DOMINICVS ARVMÆVS *I. V. D.* Oratio in funere Nicolai Reusneri, adjunctis ejus Epitaphiis & Epicediis. Jenæ, 1602. Typis Lithandreanis, 1602. in 4.

DOMINICVS BAVDIVS Epicedion dictum honori & fœlici Memoriæ Jacobi Arminii, & Hugonis Grotii. Lugduni Batavorum, apud Andream Clouquium, in 4.

DOMINICVS BISSELIVS, Vita Petri Forerii Lotharingi, Ordinis Canonicorum Regularium.

DOMINICVS BOVHOVRS, *Parisinus Iesuita*, edidit Gallicè Orationem Panegyricam Joannis Pauli Olivæ, Generalis Societatis Jesu. Parisiis, typis Sebastiani Cramoisy, 1669. in 8.

DOMI-

DOMINICVS CECCIVS *Romanus*, ſcripſit Hiſtoriam Vitæ ſuæ. Vide Proſp. Mandoſ. in Bibl. Rom.

DOMINICVS de GRAVINA, *La Vita e Miracoli di S. Gregorio Arciveſcovo, e Primate d'Armenia; racolta da Simone Metaphraſte, e da altre antiche memorie*. Neapoli, 1555.

DOMINICVS RAYNALDVS, Vide ALEXANDER RAYNALDVS.

DOMINICVS REGI *Clericus Regularis*, *Della Vita di Tomaſo Mori Gran Cancelliere d'Ingliterra*, Libri duo. Mediolani 1675. in 12.

DONATVS CALVUS *Auguſtinianus*, *Scena Litteraria degli Scrittori Bergamaſchi, aperta alla curioſità di ſuoi Cittadini, dal Reverendiſſimo Donato Calvi della Congregatione Agoſtiniana, Oſſer. di Lombardia*. In Bergamo, 1664. 4.

DONATVS BOSSIVS *Mediolanenſis* edidit Librum de Epiſcopis & Archiepiſcopis Mediolanenſibus, uſque ad annum 1489. Mediolani, 1492.

DOROTHEVS LOVFFIVS, *Belga Gravienſis*, *Jeſuita*, Vita Bernardi Calnagi, Societatis Jeſu, Flandricè, ex Latino. Antuerpiæ, Typis Nicolai Cnobbari, 1666. in 8.

DVBOIS *Presbyter Congregationis Oratorii*, ſcripſit Vitam Caroli le Cointe Trecenſis, Presbyteri ejuſdem Congregationis. Extat in limine Annalium Eccleſiaſticorum Francorum, ab eodem le Cointe vulgatorum, & Pariſiis apud Sebaſtianum Mabre-Cramoiſy, 1684. in folio editorum.

DVBOIS, *Doctor Sorbonicus*, præmiſit Elogium Joannis Maldonati Jeſuitæ, Hiſpani, ejus Tractatibus Theologicis 1697. Pariſiis in folio, excuſis.

DV VERDIER, *Hiſtoire des Cardinaux illuſtres*, Pariſiis, 1653. in 4.

EBERARDVS FABRICIVS, Gloria Fuldæ Abbatiæ, Ordinis Benedictini potentiſſimæ, id eſt, Vita, & Res geſtæ Abbatum Fuldenſium &c. quotquot ab Abbatiæ Anno DCCXLIV. fundatæ origine ipſi præfuerunt, immixtis Verſibus comprehenſæ, auctoritate hiſtoricorum, & aliorum Scriptorum firmatæ. Gieſſæ, 1655. in 8.

EDINERVS

EDINERUS vel ÆDINERUS, *Anglus*, Vita Sancti Anselmi, in Augustâ Salassiorum Urbe inter Alpes nati, Extat Tomo primo ejus Operum. Coloniæ, 1612. IV. Volumin. in folio, operâ Joannis Piccarti Canonici Parisiensis ad S. Victorem editorum.

EDMUNDUS ALBERTINUS, De Georgiis & eorum Scriptis, Diatriba, inter Notas ad Georgium Acropolitam, Parisiis, 1651. fol.

Ejusdem, De Methodiorum Scriptis Diatriba, præfixa Notis ad Methodii Convivium. Romæ, 1656.

EDMUNDUS du BOHN. Vide DEGOREUS WEHAR.

EDMUNDUS GIPSON, *Artium Baccalaureus, è Collegio Regali Oxoniæ*, Vitam Quintilianam præfixit ejus Institutionibus Oratoriis. Oxoniæ, è Theatro Sheldoniano, 1693. in 4. editis.

Idem, *Collegii Reginensis apud Oxonienses Rector* Continuavit Anglicè Catalogum Librorum tam impressorum, quàm manuscriptorum qui spectant ad Antiquitates Britannicas, eumque præmisit Cambdeni Britanniæ, in Anglicam Linguam translatæ, & Londini, Sumptibus A. Svvelle, in folio 1695. impressæ.

EDMUNDUS NEVILLUS *Anglus Lancastrensis Iesuita*, scripsit Vitam S. Augustini, quæ nondum edita est.

EDMUNDUS RICHER *Campanus*, *Doctor Theologiæ Parisiensis*, Apologia pro Joanne Gersono, cui adjecta est Vita Gersonis ex ejus operibus collecta. Lugduni Batavorum, apud Paulum Merian, 1676. in 4.

EDOARDUS LEIGH *Anglus*, *Staffordiensis*, *Eques & Armiger*, *Magister Artium Collegii Magdalenensis Oxoniæ*, Tractatus de Religione, ac Eruditione, deque religiosis ac doctis hominibus, eorumque Scriptis, Libri VI. Anglicè. Londini, sumptibus Caroli Adami, 1656. in folio.

EDWARDUS SIMSON S.T.D. *Collegii S. Trinitatis in Academiâ Cantabrigiensi Socius*, In Chronici Catholici, Oxoniæ, 1652. folio editi parasceve, agit de Historicis & Annalibus quibus olim rerum in terris gestarum memoria fuit conservata. Cap. I. De Antiquis Chronographis, Cap. IV. Ibidem extat Authoris Vita ex ipsius Autographo utplurimum excerpta.

ELEONORUS d'ESTAMPES de VALANCAY *Episcopus Carnotensis, tum Archiepiscopus Remensis*, Bibliothecæ ejus post mortem Catalogus excusus est Parisiis, in 4.

ELIAS DUPIN *Theologiæ Doctor, & Philosophiæ Professor Regius, Nouvelle Bibliothèque des Auteurs Ecclesiastiques, contenant l'Histoire de leur Vie, le Catalogue, la Critique, & la Chronologie de leurs Ouvrages, le Sommaire de ce qu'ils contiennent, un Iugement sur leur stile, & sur la Doctrine, & le denombrement des differentes Editions de leurs Ouvrages. Tome premier, des Auteurs des trois prémiers Siécles.* Parisiis, apud Andream Pralard, 1686. in 8.

Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques, contenant, &c. Tome second; des Auteurs du quatriéme Siécle. Ibidem, 1687. 8.

Nouvelle Bibliothéqre des Auteurs Ecclésiastiques, contenant, &c. Tome troisiéme, prémière Partie, des Auteurs qui ont fleuri au commencement du cinquiéme Siécle. Ibidem, 1688. 8.

Nouvelle Bibliothéque des Auteurs Ecclésiastiques, &c. Partie seconde du Troisiéme Tome, des Auteurs du cinquiéme Siécle. Ibidem, 1690. in 8.

Nouvelle Bibliothèque des Auteurs Ecclesiastiques &c. Tome cinquiéme, des Auteurs du sixiéme Siécle. Ibidem, 1691. 8.

Nouvelle Bibliothèque des Auteurs Ecclésiastiques, &c. Tome sixiéme; des Auteurs du septiéme, & du huitiéme Siecle. Ibidem, 1692. in 8.

Nouvelle Bibliothéque des Auteurs Ecclésiastiques &c. Tome septiéme, des Auteurs du neuviéme Siécle. Ibidem 1696. in 8.

Nouvelle Bibliothéque Ecclésiastique des Auteurs du dixiéme, & onziéme Siecle. Tome 8.

Des Auteurs du douziéme Siécle. Tome 9. A Paris chez André Pralard, 1697. in 4.

Nova Bibliotheca Autorum Ecclesiasticorum, eorum Vitam, Historiam, Operum Catalogum, & Chronologiam complectens, Tomi tres. Coloniæ Agrippinæ, sumptibus Huguetanorum, 1692. & 1693. in 4.

Idem, Autores Ecclesiasticos sæculi noni recensuit in libro inscripto, *Histoire des Controverses, & des matiéres Ecclésiastiques traitées dans le neuviéme Siécle.* Ibid. 1694. 8.

ELIAS EHINGERUS *Bibliothecarius Augustanus*, Vindiciæ,

Vindiciæ, Vitæ, Doctrinæ, & Famæ Martini Lutheri. Ratisbonæ, 1639. Germanicè.

Idem, *Gymnasiarcha Augustanus & Ratisbonensis* egit de Octo Urbanis Pontificibus Romanis in Oratione quam ejus Historia Ecclesiastica Sæculi XV. Francofurti 1659. impressa, exhibet.

ELIAS REUSNERUS *Leovinus Frater Nicolai, in Academiâ Salanâ Historiarum Professor*, Adjecit Catalogum Chronologicum, Principum, Comitum, & Virorum Illustrium, Isagoges Historicæ, Libris II. à se editis Jenæ 1600.

ELIAS THOMAS, Memoria Jonstoniana, sive, Recensio Vitæ Joannis Jonstonii Medici, Cibenici, in Lignicensi Principatu, Domini, Germanicè, Brigæ Silesiorum excusa; Cujus vide Compendium apud Casp. Sagittarium, Intr. ad Hist. Eccl. p. 217. & seqq.

ELIAS VEJEL *Theologiæ Professor, & Superintendens Ecclesiarum Ulmensium*, & JOANNES PAULUS ROTH, *Pastor Lutheranus*, Urbani Regii memoria, & merita in Ecclesiam Dei tempore Reformationis noviter repræsentata. Ulmæ, apud Christianum Balthazarem Kuhnium, 1683. in 4.

ELIAS VINETUS *Burdegalensis Scholæ Præfectus*, De Cornuto Philosopho & Grammatico Diatriba, præmissa Cornuti Commentariis in Persii Satyras. Pictavii, apud Engilbertum Marneficum, 1560. in 4.

ELPIDIUS de BENEDICTIS *Romanus, Cardinalis Mazarini à Secretis*, Tabulæ Chronologicæ in quibus Pontificum & Imperatorum series, Conciliorum tempora, Scriptorum sacrorum ac profanorum Catalogus, Hæresium numerus, aliarumque Rerum curiosarum continentur.

Ejusdem, *Raccolta de diverse Memorie per iscrivere la Vita del Cardinale Giulio Mazarino*. V. Prosp. Mandos. in Bibliothecâ Romanâ.

EMERICUS BIGOTIUS *Rhotomagensis* contexuit Catalogum omnium Librorum Græcorum, qui typis prodierunt; & moliebatur Catalogum Librorum Manuscriptorum Græcorum qui in Europæ Bibliothecis extant. Vide Menagiana prima pag. 118.

* EMMANUEL ABOAB *Rabbi*, Nomologia *e Discorsos Legales* 1629. in 4. Ibi Scripta præcipua Rabbinorum recensentur.

EMMANUEL das CHAGAS *Lusitanus Carmelita*, scripsit carmine, vernaculâ linguâ, Vitam S. Andreæ Corsini, Episcopi Fesulani. Ibidem, 1619.

EMMANUEL JOBO, *Mexicanus Guadianensis Iesuita*, edidit Hispanicè Relationem de Vitâ, & Virtutibus Petri de Sancto Josepho Betancur, tertii Ordinis de Pœnitentiâ S. Francisci. Guatimalæ, per Josephum de Pineda, 1667. & Hispali, 1673. 12.

EMMANUEL MONTEYRUS *Lusitanus Iesuita*, Elogia Ignatii Loyolæ, & Josephi Anchiettę, Olysippone 1659. & 1660.

EMMANUEL à SCHELSTRATE, *Antuerpiensis*, *Theologiæ Doctor*, Antiquitas illustrata circa Concilia generalia, & provincialia, Decreta, & gesta Pontificum, & præcipua totius Historiæ Ecclesiasticæ capita. Antuerpiæ, typis Marcelli Paris, 1678. in 4. Ibi agit de Scriptis Suppositititiis & in dubium vocatis.

EMMANUEL PARDUS, *Madritensis Iesuita*, Oratio in Anniversario Cardinalis Ximenez. Compluti, 1641. in 4.

EMMANUEL ROMAN *Pincianus Carmelita*, edidit Hispanicè Vitam Andreæ Corsini, Episcopi Fesulani, Madriti, 1629. in 4.

EMMANUEL SEVERINUS *Eborensis*, scripsit, sed non edidit *Las Vidas dos Varones illustres Portugeses, assi nas armas, come nas lettras*. Scripsit quoque de Cardinalibus Lusitanis.

EMMANUEL THESAURUS *Comes*, contexuit Illustrium Virorum Elogia, quę inseruit Libro cui titulus, Inscriptiones quotquot reperiri potuerunt. Coloniæ Brandenburgicæ, Typis Georgii Schultz, 1671. in folio.

EMMANUEL de VEGA *Lusitanus*, *Villavisosa Eborensis Diocœsis natus*, *Iesuita*, scripsit Lusitanicè Vitam Vasci Peirez è Societate Jesu, quæ nondum edita est.

EOBANUS HESSUS, Vide *Gerardus Faustus*.

EPHRAIM PRÆTORIUS *Concionator Lutheranus*, Bibliotheca Homelitica, seu, Collectio Autorum qui in Biblia commentati sunt. Gedani, 1692. in 4.

ERASMUS BROCHMAN, Vide *Caspar Erasmus Brochman*.

ERASMUS FLOCCUS *Noribergensis*, Oratio de Aristide.

ftide. Habetur tomo 3. Orationum Philippi Melanchtonis, Servestæ, 1587. in 8. excufarum.

ERASMUS IRENUS, Bibliotheca Gallo-Suevica, five, Syllabus Operum Selectorum, quibus Gallorum, Suecorumque hac tempeftate, belli præferendi, pacis evertendæ, ftudia publicè exhibentur. Utopiæ, apud Neminem, Vico Ubique, ad infigne Veritatis, hoc anno, in 4.

ERASMUS OTRINOVIUS, *Eques Polonus, Socinianus*, Heroës Chriftiani, id eft, præftantes & inclyti Viri & bellatores Chrifti, per quos Deus in Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithuaniæ, Veritatem Evangelii per Filium fuum traditi, primum relevare & propagare, errores verò Antichrifti deftruere dignatus eft, ex variis Ordinibus hujus Mundi eos feligendo, carmine Polonico defcripti M. S. Catalogus eorum, excerptis ex eodem libello nonnullis rebus notatu dignis, à Benedicto Wiffovatio Latinitate donatus, adjunctus eft Andreæ Wengerfcii Slavoniæ Reformatę, Amftelodami, 1679. in 4.

ERASMUS RHEINOLDT *Salvedenfis, in Academiâ VVittebergenfi Mathematum Profeffor*, Oratio de Vitâ Joannis Regiomontani, Mathematici. Extat inter Orationes Philippi Melanchtonis.

ERASMUS SCHMIDT *Delitanus Mifnicus, in Academiâ Vvittebergenfi Græcæ Linguæ & Mathefeos Profeffor*, Oratio in Obitum Friderici Balduini, Profefforis & Superintendentis Wittebergenfis, cum Catalogo omnium Operum ab eodem Balduino publicatorum.

Ejufdem, Prolegomena in Pindarum in quibus agitur de ejus Vita. Wittebergę, fumptibus Zachariæ Schureri, 1616. 4.

ERASMUS VINDINGIUS *Pauli Filius, Profeffor Hafnienfis Hiftoriæ*, Oratio in Obitum Chriftiani Brochmanni. Parifiis, 1538. in folio.

ERHARDUS CELLIUS, *in Academiâ Tubingenfi Profeffor*, Imagines Profefforum Tubingenfium, qui ab anno 1577. ufque ad 1596. vixerunt, brevibus defcriptionibus adornatę. Tubingę 1598. in 4.

Ejufdem, Oratio funebris de Vitâ & morte Joannis Velcherl Weindengenfis, Philofophiæ & Medicinę Doctoris & Profefforis

in Academiâ Tubingensi. Tubingæ, ex Officinâ Alex. Hockii, 1588. 4.

Ejusdem, Oratio de Vitâ & Morte Chiliani Vogleri, Professoris Tubingensis. Ibidem, 1585. in 4.

ERICUS ANDREÆ BREDALINUS *Episcopus Nidrosensis*, Concio funebris in Obitum Petri Schelderup, Episcopi Hafniæ, 1648. in 8.

ERNESTUS BOGISLAUS MOSCHEROS, Relationes Historicas incepit edere Francofurti anno 1687. Rerum præcipuarum toto Orbe gestarum, in quibus extat peculiare caput de Re Academicâ & Litterariâ nostri temporis.

ERNESTUS SONERUS *Philosophiæ & Medicinæ Professor Altorfiensis*, Oratio funebris quâ Christophoro Furero ab Haimendorf parentavit. Adjecta est ejusdem Fureri Itinerario Ægypti, Arabiæ &c. Noribergæ in Officinâ Abrahami Wagenmanni, 1620. in 4. edito.

ERYCIUS PUTEANUS, *Professor Lovaniensis*, Doctos Erycios celebravit in Syntagmate de Nomine Erycii, Francofurti, 1606. in 8. edito.

Ejusdem, Diva Virgo Bellefontana in Sequanis. Antuerpiæ, ex Officina Christophori Plantini, per Balthazarem Moretum, 1630. 4. In eo Libro Hierotoparchas, id est, Priores quos Bellifontium Cœnobium, propè Vesuntionem habuit, recenset. Orditur à Raimbaldo, Ordinis Augustiniani Canonico, & definit in Philippo Chifletio, Ecclesiæ Vesontinensis Metropolitanæ, Canonico.

ESPRIT FLECHIER *Episcopus Nemausensis*, *unus è Quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis*, *Oraison funèbre de trés haut & trés - puissant Seigneur*, *Messire Charles de Sainte Maure Duc de Montausier prononcée dans l'Eglise des Carmelites du Fauxbourg Saint Germain*, Parisiis, apud Antonium Dezallier, 1690. 4.

Ejusdem, *Oraison funèbre de Mr. le premier Président de Lamoignon prononcée à Paris, le* 18. *Fevrier* 1679. Ibid. apud Sebastianum Mabre-Cramoisy, 1679. in 4.

Ejusdem, *Histoire du Cardinal Ximenes.* Amstel. apud Henricum Desbordes, 1693. 12. 2. Vol. Parisiis, apud Joan. Anisson 1693. in 4.

Idem, in Linguam Gallicam convertit Vitam Cardinalis Commandoni ab Antonio Maria Gratiani Latinè descriptam, & ejusdem Gratiani Vitam descripsit. Parisiis, 1672. 4.

Ejusdem,

Ejusdem, Variæ Orationes Panegyricę Sanctorum, & funebres editę, Parisiis & Bruxellæ Duobus Voluminibus in 12.

EVAGORAS *Lyndius Historicus*, scripsit Vitam Trinagensis, aliorumque celebrium Virorum.

EUCHARIUS SARTORIUS *Germanus Kislinganus Iesuita*, edidit Sanctos Fundatores Religiosorum Ordinum calamo lapidario descriptos, cum Elogiis diversis. Friburgi, typis Friderici Werlini 1662. 4.

EVERARDUS VORSTIUS *Ruremundanus*, *in Academiâ Lugduno-Batavâ, Medicinæ Professor*, Oratio in Obitum Petri Parii Amstelodamensis, Rostochii, & Leidæ Medicinæ Professoris, anno 1617. excusa.

EUGENIUS de NARBONA, *Toletanus*, *Canonici Iuris Doctor*, *Historia da D. Petro Tenorio*, *Arcobispo de Toledo*. Toleti, apud Joannem Ruiz Pereda, 1624. in 4.

EUGENIUS de ROBLEZ *Toletanus ad S. Maurum Parochus*, *deinde Clericus Regularis Minorum*, scripsit Hispanicè Vitam Cardinalis Ximenes. Toleti, apud Petrum Rodriquez, 1604. in 4.

EUPHROSINUS LAPINIUS *Academicus Florentinus*, Vita Francisci Catanæi Diocelii, Patricii Florentini, præmissa ejus Operibus, Basileæ 1563. excusis.

EUSEBIUS MENIUS *Prodecanus Collegii Philosophici VVittebergensis*, Oratio de Vitâ Jacobi Milechii Medicinæ Doctoris, & Professoris Wittebergensis. Extat Tomo V. Orationum Wittebergensium.

EUSEBIUS de NIERENBERG, Vide *Ludovicus Conart.*

EZECHIEL SPANHEIMIUS *Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgi Consiliarius intimus*. & *Minister Status*, Juliani Imperatoris Vitam descripsit & de ejus Operibus egit, in Præfatione ipsius Operum Annotationibus à se illustratorum, & Lipsiæ, sumptibus Hæredum M. G. Veidmanni, & Joannis Ludovici Gleditschs, 1696. in folio editorum.

FABRICIUS SCHARLONCINUS, Vita Bernardi Baldi, vel Baldini, Urbinatis, Guastallæ Abbatis, quæ Commentario Baldi mechanico præmittitur.

Idem, in lucem emisit Vitam Bernardi Baldi, Abbatis de Guastella, Insignis Mathematici.

FAGETUS, *Abbas Gallus*, edidit Parisiis 1668. Vitam Petri Marcæ, Archiepiscopi Tolosani, cum aliquot Tractatibus ejusdem Marcæ.

Sanctus FAMIANUS QVARDUS *antea vocatus Coloniensis*, scripsit compendiosè Historiam Vitæ suæ, quæ legitur in fronte fasciculi S. S. Ordinis Cisterciensis Chrysostomi Henriquez Editionis Coloniensis.

FAVSTVS MONACHVS *Cassinensis*, Vitæ S. Mauri, & S. Severini Abbatum. Habentur apud Mabillon Sæculi Benedictini part. 1. pag. 278. & 568.

F. CLOYSEAVT, *Presbyter Congregationis Oratorii*, *La Vie de S. Charles Borromée écrite en Italien par Iean Baptiste Iussiano Milanois de la Congregation des Oblats. Traduction Nouvelle.* Lugduni, 1685. 4.

FEDERICVS CHRISTOPHORVS edidit Italicè Vitam Andreæ Corsini, Episcopi Fesulani, 1629. in 4.

FELIBIEN, *Iunior*, *Filius Andreæ*, *Recueil Historique de la Vie & des Ouvrages des plus célèbres Architectes.* Parisiis, apud Viduam Sebastiani Mabre Cramoisy, 1688. in 4.

FELIX FABER *vernaculè* SCHMIDT, *Tigurinus*, *Lector in Conventu Vlmensi Ordinis Prædicatorum*, Vitam Henrici Susonis, ejusdem Ordinis descripsit. Vide Hottingerum in Bibliothecâ Tigurinâ.

FELIX MALLEOLVS *Civis*, *Cantor*, *& Canonicus Tigurinus*, *qui claruit anno Christi* 1654. Scripsit Catalogum suorum Operum, quem vide in Bibliothecâ Tigurinâ.

FELIX TOLETANVS, *Episcopus Hispalensis*, Vita, seu Elogium Juliani Pomerii, quod Ildefonsi Catalogo Appendicis vice jungi solet.

FERDINANDVS ALBERVS *Tirolensis Iesuita*, edidit Germanicè Vitam Ignatii Loyolæ, à Petro Ribadeneira conscriptam. Ingolstadii, typis Sartorii 1590. in 4.

FERDINANDVS ARIAS de SAVEDRA. Vide *Franciscus Penna.*

FERDINANDVS BALLESTRAS *Hispanus*, Vita Caroli Borromæi, Hispanicè. Compluti, 1642.

* FERDINANDVS CAROLVS, conscripsit, sed

non

non in lucem emisit, Elogia Virorum, Belli ac Pacis artibus nostro ævo clarissimorum.

FERDINANDVS de HERRERA *Hispanus*, edidit Hispanicè Librum de Vita & Morte Thomæ Mori. Hispali, 1592. in 8. Madriti, apud Ludovicum Sanchez, 1625 in 8.

FERDINANDVS UGHELLVS, Columnensis Familiæ Cardinalium ad vivum expressæ imagines, summatim exornatæ Elogiis. Romæ, Typis Hæredum Corbelletti, 1650. fol. Pollicitus est Libros 20. de Viris illustribus Ordinis Cistercienfis, & Centurias 2. Illustrium Scriptorum ejusdem Ordinis.

FERRAND, Summa Biblica, Tomus primus, in quo post Prologomenicas de Hebræâ Linguâ, de Veteribus Scripturæ Interpretibus, de Origene, & de B. Hieronymo Disputationes, Scripturæ Sacræ studium commendatur, ejusque Encomium, divinitas, autoritas, stylus, obscuritas, eloquentia, divisio, Auctores, & Canon disseruntur. Tum de Septuagintâ Interpretibus tractatur, deinde Sermo de Editione Vulgata instituitur. Parisiis, apud Danielem Hortemel, & Ludovicum Rolland, 1690. in 12.

FERRANDVS, scripsit Vitam Fulgentii Ruspensis Episcopi, quæ inter ejus opera habetur.

FLAMINIVS FIGLIVCCIVS *Cardinalis*, conscripsit, sed non emisit in lucem, multorum Cardinalium Elogia, teste Leone Allatio, in Apib. Urban.

FLAMINIVS PICCIONVS *Romanus, I. V. D. Academicus Infæcundus & Intrecciatus*, edidit Carmen de Laudibus Sigismundi Cardinalis Chisii. Prosp. Mand. Biblioth. Rom.

FLEVRY, *Histoire Ecclésiastique*, in qua agit de Doctoribus Ecclesiasticis, qui in quatuor primis sæculis Ecclesiæ Christi floruerunt, & de eorum Scriptis, Tribus Voluminibus, in 12. editis Parisiis, & Bruxellis.

FLODOARDVS, Scripta Hincmari totis quindecim Capitibus sigillatim recensuit, in Historia Ecclesiæ Rhemensis à se composita, & Parisiis 1611. 8. & Duaci 1618. 8. edita.

FORTVNATVS *Presbyter*, De Vita Sancti Hilarii Pictaviensis Episcopi. Extat in limine ejus Operum, Parisiis, impensis Societatis Typographicæ Librorum Officii Ecclesiastici jussu Regis constitutæ, 1652. in folio.

FORTVNATVS COLVMBVS *Palensis*, *Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli*, Vita Ludovici Bitosti, Fratris conversi ejusdem Congregationis. Lascari, apud Joan. de Saride, 1630. in 8.

FRANCHINVS, in lucem emisit Modenæ Catalogum omnium Monachorum Conventualium, Ordinis Sancti Francisci, qui ab anno 1585. usque ad annum 1693. Rempublicam litterariam scriptis suis locupletarunt.

FRANCISCUS ADAM de MONTEMAJOR, *natus in Oppido Villanuera de la Serena*, *Provinciæ Estramadura*, edidit stylo Poëtico Vitam S. Petri Apostoli. Toleti, 1598. apud Petrum Roding, in 4.

FRANCISCUS AGRICOLA *Pastor Pontificius Ecclesiæ Rodigensis in Ducatu Iuliacensi*, Vitæ præcipuorum Sanctorum. Coloniæ, 8. Germanicè.

FRANCISCVS AGVADVS *Hispanus Iesuita*, agit de Vitâ & Morte Joannis Godini, Societatis Jesu in Epistolâ ad Patres Provinciæ Toletanæ scripta, 1643. in 8.

FRANCISCVS d'AMBOISE, Oratio in funere Ægidii Bourdin, Parisiis, 1570. in 4.

FRANCISCVS ANTONIVS DOCAMPO *Hispanus*, convertit in Linguam Hispanicam Historiam Vitæ Cradinalis Albornos à Joanne Genesio Sepulveda conscriptam. Bononiæ, apud Hæredes Joannis Royo, 1612. in 4.

FRANCISCVS BALDVINVS *Atrebas I. C. Parisiensis*, Mutios Veteris Romæ Jurisconsultos celebravit, in peculiari de Gente Mutiâ Commentario.

Idem, scripsit Vitam Minutii Felicis in Prolegomenis ejus Octavii, Lugd. Batav. ex Officinâ Hackianâ 1672. editi 8.

FRANCISCVS de BASSOMPIERE contexuit propriam Vitam, quæ Parisiis & apud Belgas edita est tribus Voluminibus in 12.

FRANCISCVS BENCIVS *Italus Iesuita* edidit Orationem in Obitum Alexandri Farnesii Cardinalis, & Antonii Catafæ Cardinalis. Inter ejus Orationes, Ingolstadii 1602. apud Adamum Sertorium in 8. excusas.

FRANCISCVS BERTRANDVS *Ioannis Filius*, Vita

Vita Joannis Bertrandi, Præsidis Tolosani, Extat in principio Libri ejusdem Joannis Bertrandi de Jurisperitis, Tolosæ, 1614. in 4. excusæ.

* FRANCISCVS BIVARIVS scripsit de Viris illustribus Ordinis Cisterciensis lib. 1. De fœminis illustribus ejusdem Ordinis, lib. 1. & Vitas Sanctorum. Vid. Car. de Visch. Bibl. Cisterc. p. 114.

FRANCISCVS BRICCIVS *Mediolanensis Iesuita*, Oratio edita in funere Alexandri Perretti, Cardinalis Montalti, ad Cardinales. Romæ, apud Alexandrum Zannettum, 1623. 4.

FRANCISCVS CABRERA MORALES *Hispanus*, Oratio in exequiis Petri Dazæ Cardinalis. Latinè, & Hispanicè simul prodiit, Romæ, apud Stephanum Paulinum, 1600. in 4. Idem continuavit Historiam Romanorum Pontificum Alfonsi Ciaconii, nempe à Pio III. usque ad Clementem VIII. & edidit Vitam & res gestas Cœlestini Papæ II. Romæ, per Baltazarem Zannettum, 16:3. in 4.

FRANCISCVS CÆSAR *vulgò* KEISERE *Dixmundanus*, *Flander*, *Religiosus B. Mariæ de Dunis Ordinis Cisterciensis*, edidit carmine Vitam S. Bernardi, Parisiis, 1483.

FRANCISCVS CARRIERE, *Aptensis Minorita Conventualis*, *Theologiæ Doctor*, Historia Chronologica Pontificum Romanorum, cum præsignatione futurorum ex Malachiâ: Huic ultimæ Editioni accessit continuatio ejusdem Historiæ Chronologicæ. Autore Religioso ejusdem Ordinis. Lugduni, 1644. in 12.

FRANCISCVS à CASTRO, Vita B. Joannis à Dio, Religiosorum Fratrum qui curant infirmos Fundatoris; Item Petri Peccatoris ejusdem Ordinis Hispanicè scripta, à P. Francesco de Castro, & Latinè reddita ab Arnoldo de Reisse. Duaci, apud Joannem de Fampour, 1623. in 8.

FRANCISCVS CAVAZONIVS *Bononiensis*, Tabula Pontificum & Cardinalium Bononiensium, quam multæ falsitatis plenam asserit Ciaconius, in Vita Honorii II.

FRANCISCVS COLIN *Madritensis*, scripsit Hispanicè Vitam & Elogium Alfonsi Rodriguez. Madriti, 1652. in 4. apud Damianum Garzianum.

FRANCISCVS COMBEFIS, Bibliothecæ Veterum Patrum Auctuarium novissimum. Parisiis, 1673. in folio.

FRANCISCVS COQUELIN *Salinensis Burgundus Procurator Ord. Cisterc. Romæ*, edidit Italicè Compendium Vitæ S. Claudii Episcopi Vesuntini. Romæ, 1652. 8. apud Ignatium de Lazaris.

FRANCISCVS CREVXIVS *Gallus Xanto, Iesuita*, Vita Francisci Regis Latinè reddita è Gallico. Coloniæ, apud Joannem Busæum, 1660. in 12.

Idem, Latinitate donavit Vitam Francisci Salesii, Gallicè conscriptam ab Episcopo Aniciensi. Ibidem, 1663. in 8.

FRANCISCVS DIAGA *Belsinensis Dominicanus*, edidit Hispanicè Vitam Ludovici Granatensis. Barcinone, 1625. in 8.

FRANCISCVS DV-CHESNE *Filius Andreæ, Histoire de tous les Cardinaux François, ou de ceux qui ont été promûs à la recommandation de la France*, &c. Parisiis, apud Joannem Couterot, 1680. 2. Vol. fol. Vide etiam *Andreas Du-Chesne*.

FRANCISCVS ESCRIVA, *Valentinus Iesuita*, edidit Hispanicè Vitam Joannis de Ribera, Archiepiscopi Valentini. Valentiæ, 1622. in 4.

FRANCISCVS FOVGVEROLES *Medicinæ Doctor*, Vitæ Philosophorum à Diogene Laertio descriptæ, Gallicè. Lugduni, 1602. typis Joannis Antonii Huguetan, in 8.

FRANCISCVS FVLVIVS FRVGONI, *Religiosus Minimus*, Libro cui titulus, *Del Cane di Diogene*, Venetiis, apud Antonium Brosum, 1689. in 8. excuso, Catalogum Scriptorum suorum, tum ineditorum, tum illorum qui in lucem producti sunt, adjecit.

FRANCISCVS GARCIA, *Hispanus Vallecasensis Iesuita*, edidit Hispanicè Compendium Vitæ Francisci Borgiæ. Compluti, per Mariam Fernandez, 1671. in 8. Vitam Francisci Xaverii. Toleti, per Franciscum Calvum, 1673. in 4. Vitam Ludovici de Medina. Madriti, 1673. 4.

FRANCISCVS GODWIN *Anglus, Oxoniæ Theologiæ Baccalaureus, & Episcopus Landavensis*, Catalogus Cardinalium, qui vel Angli fuerunt, vel fuisse à nostris Historicis perhibentur. Anglicè. Londini, 1601. & 1615. Latinè, 1621.

FRAN-

FRANCISCUS GOMEZ *Hispanus Talaverensis*, edidit Hispanicè Vitam Ferdinandi de Talavera, Archiepiscopi Granatensis. Granatæ, 1564. in 8.

FRANCISCUS GRAVEROL, *Iuris utriusque Doctor & Academicus Nemausensis*, Petri Bunelli Epistolæ familiares, cum Notis Francisci Graverol; Addita Præfatiuncula ad Joannem & Jacobum liberos suos, in quâ dę ratione Opusculi, & de Vitâ Bunelli disseritur. Tolosæ, apud Gullielmum,& Ludovicum Colomiez, 1688. in 12. Ibidem extant Elogia nonnullorum Virorum eruditione clarorum, qui præterito sæculo floruerunt.

Ejusdem, *Memoires pour la Vie de Samuël Sorbiere, & Iean Baptiste Cotelier, dans une Lettre écrite à Louis de Rechigneveisin de Guron, Evêque de Comminge*. Habetur in limine Libri cui titulus, Sorberiana, cura ejusdem Graverol editi. Prodiit Parisiis, apud Viduam Mabre Cramoisy 1694. in 12. Et eodem anno auctior Tolosæ, apud Guillelmum & Ludovicum, Hieronymum Posuel, & G. Belr, in 12.

FRANCISCUS GUILLIMANNUS *in Academiâ Friburgensi Professor*, edidit Commentarium de Episcopis Argentoratensibus. Friburgi, 1608.

FRANCISCUS HARÆUS *Ultrajectinus, Lovanii Canonicus*, De Vitis Sanctorum,ex Laurentio Surio, & aliis Compendium, &c. Coloniæ, 1605. in folio.

FRANCISCUS l'HERMITE *Antuerpiensis Iesuita*, edidit Belgicè tacito suo nomine, Vitas complures Coadjutorum temporalium Societatis Jesu, Virtute illustrium, duobus Voluminibus. Antuerpiæ, apud Michaelem Cnobbart, 1648. in 8. Vitam Cæsaris Cajetani, Societatis Jesu Latinitate donavit ex Italico. Ibidem, typis Plantinianis, 1670. in 8. Eandem Belgicè etiam vertit. Edita est typis Cornelii Woens, eodem anno.

Idem, Synopsin brevem Vitæ Antonii Brignole, Societatis Jesu, ex Italico Latinam fecit. Ibid. 1671. 8.

FRANCISCUS HILDESHEIM, *Serenissimi, ac Potentissimi Electoris Brandenburgici Archiater*, de Vitâ & Morte Lamberti Diestelmejeri, Marchiæ Cancellarii. Berolini 1589. in 4. apud Nicolaum Voltzium.

FRANCISCUS HOTOMANNUS *Parisiensis Iurisconsultus*,

consultus, Descriptio eorum Jurisconsultorum qui à Pomponio memorantur, quæ cùm alias edita est, tum inter ea Opuscula apparet quæ à Francisco Modio recognita, & Francofurti, apud Joannem Wechelum, anno 1687. in folio edita, Barnabæ Brissonii Lexico adjecta sunt.

FRANCISCUS IBANNEZ *Hispanus Benedictinus*, Contexuit Compendium Virorum illustrium sui Ordinis.

FRANCISCUS à JESU, & JODAR *Hispanus Beaciensis, Carmelitarum Excalceatorum, priùs, deinde Observantium Sodalis*, Index Librorum Prohibitorum & expurgandorum, jussu Bernardi de Bax, & Sandoual, Toletani Præsulis. Madriti, apud Ludovicum Sanchez, 1612. cum Appendice.

FRANCISCUS JOANETUS *Italus Jurisconsultus Bononiensis*, Catalogus Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad Paulum V. Bononiæ 1570.

FRANCISCUS JUNIUS *Gallus Biturix, in Academiâ Lugduno-Batavâ S. Theologiæ Professor*, Vulgasse dicitur Indicem Expurgatorium, Heidelbergæ. Vide Vogler. Introd. in Notit. omnis generis bonor. Aut. p. 14. Sec. Edit.

FRANCISCUS JUNIUS *Francisci Filius*, De Picturâ Veterum, Libri Tres; Accedit Catalogus adhuc ineditus. Architectorum, Mechanicorum, sed præcipuè Pictorum Statuariorum, Cœlatorum, Tornatorum, aliorumque Artificum, & Operum quæ fecerunt, secundum seriem litterarum digestus. Roterodami, typis Regneri Leers, 1694. folio.

Ejusdem, Academiæ ad calcem adjectus est Academiarum totius Europæ, seu, Orbis Christiani Catalogus. Heidelbergæ, 1684. 4.

FRANCISCUS LACUEVAS *Hispanus Ordinis Minimorum Monachus*, edidit Hispanicè Vitam Francisci de Paula. Cæsar-Augustæ, apud Laurentium de Robles, 1588. in 8.

FRANCISCUS LONGUS *à Coriolano*, *Capucinus* Pontificum & Conciliorum omnium à S. Petro ad hæc usque tempora Breviarium Chronologicum, in quo annuatim, Pontificum Vitæ enarrantur. Lugduni, sumptibus Lud. Prost, 1623. in fol.

FRANCISCUS LOPES *Olysipponensis Bibliopola*, edidit metricè Vitam Antonii Olysipponensis. Olysippone, 1610. in 4.

FRAN-

FRANCISCUS LOSA, *Parochus Cathedralis Ecclesiæ Mexicanæ*, Vita Gregorii Lopez, Matritensis, secundum quosdam, vel Lusitani, secundum alios, Hispanicè. Mexici, 1613. in 8. Gallicè, Parisiis, apud Petrum Rocolet, in 8.

FRANCISCUS LUCAS *Theologus Lovaniensis*, *& Ecclesiæ Audomaropolitanæ Decanus*, Oratio in Obitum Joannis Sixti Audomarensium Episcopi.

FRANCISCUS LAMBURGENSIS, Vitæ illustrium Medicorum. Parisiis, 1542. in 8.

FRANCISCUS MARIA de AMATIS, transtulit Italicè Vitam Gonzali Sylveiræ Societatis Jesu. Romæ, apud Josephum Mascardum, 1615. in 12.

FRANCISCUS MARIA de MONACO *Siculus Drepantinus*, *Clericus Regularis*, edidit Italicè Panegyricum Thomæ Aquinatis. Vincentiæ, apud Franciscum Grossum, 1620. in 4.

Item, Panegyricum Coriolani Garzadori, Episcopi Chersonensis, & in Germaniâ Nuntii Sedis Apostolicæ. Ibidem, 1618. in 4.

FRANCISCVS MARIA SPINELLVS, *Siculus Platiensis*, *Clericus Regularis*, edidit Italicè Panegyricum Cajetani Thyanæi, Clericorum Regularium Institutoris. Neapoli, apud Lazarum Scorrigium, 1626. in 4.

FRANCISCUS MARIA TURRIGIUS *Romanus*, *Canonicus S. Nicolai in Carcere Tulliano*, edidit Italicè Vitam Cardinalis Roberti de Nobilibus, Bibliothecarii Apostolici. Romæ, apud Stephanum Paulinum, 16,2. in 4.

Ejusdem, Roma jubilans pro Electione Gregorii XV. in quâ agit de omnibus Pontificibus qui nomen Gregorii habuerunt, quique nati Bononiæ. Ibidem 1621.

FRANCISCUS MARTINEZ, *Lusitanus*, Oratio pro Antonio Nebrissensi. Salmanticæ, apud Michaelem Serrano de Vergas, 1588. in 8.

FRANCISCUS MENETRIER *Iesuita Lugdunensis*, *Les divers caractéres des Ouvrages Historiques, avec le plan d'une nouvelle histoire de Lion, le Iugement des Auteurs qui en ont écrit, & des Dissertations sur son Nom, & sur sa fondation, sur le passage d'Annibal, la division des champs, le titre de Colonie Romaine, & les deux Tables d'airain de l'Hôtel de Ville*. Lugduni, 1694. in 12.

Idem

Idem, omnes quotquot de Symbolis & Emblematis ſcripſerunt Autores recenſet in Libro inſcripto, *La Philoſophie des Images*. Pariſiis, 1682. in 8.

FRANCISCUS MOSCHUS *Nivellenſis*, Antiſtitum Monaſterii Ogniacenſis ad Sabin Fluvium ſiti, Catalogus, & Elogia. Duaci, typis Joannis Bogardii, 1598. in 8.

Ejuſdem, Vitæ B. B. Arnulphi Villarienſis, Simonis Alnenſis, & Mariæ Ogniacenſis, è M.S S. editæ. Atrebati 1600. in 8.

FRANCISCUS OGERIUS *Pariſinus*, Vitam Caroli Ogerii Fratris ſui conſcripſit. Habetur in Præfatione appoſitâ ejuſdem Caroli Ogerii Ephemeridibus, ſive, Itinerario Danico, Suevico, Polonico. Pariſiis, apud Petrum le Petit, 1656. in 8. edito.

FRANCISCUS PACHECUS *Hiſpalenſis*, *Eccleſiæ patriæ Canonicus*, Catalogus Archiepiſcoporum Hiſpalenſium, cum Elogiis carmine ſcriptis, quæ in Veſtibulo Aulæ Capitularis publicata ſunt.

FRANCISCUS PACHECUS *Pictor Hiſpalenſis*, depinxit Imagines Virorum Illuſtrium quos beneficio longæ ætatis plurimos norat, adjunxitque Elogia. Habentur in Bibliothecâ Ducis d'Olivarez.

FRANCISCUS PATRITIUS, In Diſcuſſionum Peripateticarum Tomo primo, de Ariſtotelis Vitâ, Moribus, Libris, Auditoribus, Sectatoribus, Expoſitoribus, Interpretibus, Sectis, philoſophandi ratione, diſſerit. Liber impreſſus eſt Baſileæ, 1581. in folio.

FRANCISCUS PENNA *Arragonius*, *Iuriſconſultus ac Theologus* Vita Raymundi de Pennaforte, à Vetuſto Anonymo Scriptore concinnata, notis illuſtrata, & duobus libellis aucta. Hoc Opus Hiſpanicè converſum editum fuit Cordubæ, in 8.

Ejuſdem, Vita Cardinalis Caroli Borromæi, quam vertit Hiſpanicè Ferdinandus Arrias de Savedra & edidit Hiſpali, 1609. in 8.

FRANCISCUS PETRARCHA, & PAULUS OSORIUS, contexuerunt Vitam Terentii, quæ extat Manuſcripta in Bibliothecâ Vindebonenſi teſte Lambecio.

Ejuſdem, Epiſtola ad poſteritatem de Origine, Vitaque ſua. Prodiit in ejus Operibus, & in limine Libri de Fortunæ utriuſque Remediis, Genevæ, per Eſaiam Preux, 1613. in 16.

Idem,

Idem, Petrarcha composuit Librum de Vitis Pontificum Romanorum. Habetur M.S.C. in Bibliothecâ Vaticanâ.

FRANCISCUS PHILELPHUS, *Tolentinus, Eques Auratus, Poëta & Philosophus, in Gymnasio Mantuano Professor*, In ejus Epistolis multa reperiuntur de eruditis Constantinopoli profugis, deque Codicibus Græcis inde allatis.

Idem, multa refert de suâ Vitâ in Epistola ad Picolominæum, quæ incipit, *Posteaquam præstanti Archiepiscopo Mediolanensi.* Vide Voss. de Hist. Latin. p. 591.

FRANCISCUS de PISA, *Toletanus, Pontificii Iuris Professor in Collegio S. Catherinæ patriæ suæ, Catalogo de los Santos, y Varones illustres de la Tercera Orden de S. Francesco.* Toleti, 1617. in 4.

FRANCISCUS POMMERAYE, *Histoire des Archevêques de Rouën.* Parisiis, 1667. in folio.

FRANCISCUS PONA, contexuit Italicè Vitam Joannis Barclaii, eamque præfixit Argenidi ejusdem Barclaii, in eandem linguam à se conversæ.

FRANCISCUS PORTOCARRERUS, *Iesuita Hispanus*, Vita Sancti Aldephonsi, Archiepiscopi Toletani. Madriti, 1616.

FRANCISCUS PRODREZ à BERAGREM, *Memoires contenant ses Voyages & sa Vie.* Amstelodami, 1677.

FRANCISCUS de QUEVEDO, *Hispanus, Eques S. Iacobi*, edidit Hispanicè Vitam Thomæ Villanovani. Madriti, apud Cosmam Delgado, 1620. in 8. Item, Vitam Marci Bruti. Ibidem, 1648. in 4.

FRANCISCUS RAIMUNDUS *Divionensis Iesuita*, Panegyricæ Orationes 15. de S. Ignatio Loyola, & 15. de S. Francisco Xaverio, quibus eorum Vitam velut Breviario complexus est, adjunctis aliquot clarorum Virorum Elogiis; Una de S. Carolo Borromæo. Placentiæ, apud Jacobum Ardizzonum, 1626. 4.

FRANCISCUS RAINALDUS *Italus Matelicanus Iesuita*, edidit sub nomine Anagrammatico Francisci Dalarini Vitam Jacobi Lainez, Societatis Jesu secundi Propositi Generalis, Romæ, sumptibus Ignatii de Lazaris, 1672. in 8.

FRANCISCUS ROUGEMONT, Vide *Prosper Introcessa.*

FRANCISCVS RVINARDVS, *Elogii de' Bresciani Illustri.* Vide Cozzand. Librar. Bresc. p. 23.

FRANCISCVS RVIZ aliàs de VALLADOLID, Index Locupletissimus in Aristotelis opera. Accedit Judicium de Aristotelis Operibus.

FRANCISCVS SANSOVINVS, in Libro à se edito, cui titulus, *Delle Origine e de' fatti delle familie illustri d'Italia,* Venetiis, apud Altobellum Salicatum, 1582. in 4. agit de quamplurimis Italis eruditione claris.

*FRANCISCVS SCIPIO de ECCLESIA, de Illustribus Ordinis Cisterciensis scripsit.

FRANCISCVS SCHMIDT, *Antuerpiensis Iesuita,* vertit in Linguam Belgicam Vitam Joannis Ogilbei. Antuerpiæ, apud Fikaert, 1603. in 8. Gloriam Ignatii Loyolæ. Ibidem, apud Cnobbaert, 1628. in 12. Vitam Francisci Xaverii, Antuerpiæ, 1648. in 8. Vitam Petri Canisii, Ibidem, 1654. in 8. Vitam S. Ignatii, ex Hispanico Andreæ Lucæ. Ibidem, 1654. in 8.

FRANCISCVS de SEINE, *Parisiensis*, Bibliotheca Slusiana, sive, Catalogus Librorum quos ex omnigenâ rei litterariæ materiâ, Joannes Gualterus Cardinalis Slusius Leodiensis, sibi Romæ congesserat. Romæ 1690.

FRANCISCVS STANISLAVS PHÆNICIVS, *Polonus, Leopoliensis, Iesuita*, Officium Stanislai Kotskæ, è Societate Jesu, cum Vitæ ipsius Compendio. Cracoviæ, 1632. in 16.

FRANCISCVS STELVITI, *Academicus Lynceus da Fabiano*, scripsit Vitam Persii Italicè. Extat in limine Versionis Italicæ metricæ Satyrarum Persii. Romæ, apud Jacobum Mascardum in 4. 1630.

FRANCISCVS STILLERVS *Pragensis Iesuita*, egit de Doctis Franciscis in Anno Franciscorum, sive Binis Ephemeridis illorum Historiæ Semestribus, Pragæ 1680. in 4. impressis.

FRANCISCVS SVAREZ *Avenionensis I. C. Iosephi Mariæ Episcopi Vasionensis Pater*, Panegyricus Sixti V. Papæ. Romæ, 1582.

FRANCISCVS TILIOBROGA, De Papinio Statio egit in limine ejus Operum, Parisiis, sumptibus Thomæ Blasii, 1618. in 4.

FRAN-

FRANCISCVS TITELMANNVS, In Præfatione Chronici Amandi Xierixei, ſive, Zierienſis, Zelandi, Ordinis Minorum, Lectoris Lovanienſis, egit de ejus Vita & Scriptis. Antuerpiæ, 1534.

FRANCISCVS TITIVS, contexuit Catalogum Scriptorum Veronenſium, in Libro de Veronæ Nobilitate.

FRANCISCVS VAVASSOR, *Auguſtodunenſis Ieſuita*, De Ludicrâ Dictione. Pariſiis 1658. in 8. Ibi quædam de Scriptoribus Gallis.

Idem, in Libro de Epigrammate, Pariſiis apud Edmundum Martin 1669. in 8. excuſo, agit de Scriptoribus Epigrammatum. Cap. XV. de Collectoribus Epigrammatum Græcorum. Cap. XVI. De Collectoribus Epigrammarum Latinorum. Cap. XVII.

FRANCISCVS VENTVRIVS, *Epiſcopus S. Severi*, Vita Andreæ Corſini, Epiſcopi Feſulani, Romæ, apud Hæredes Bartholomæi Zanneti, 1629. in 4. Ex hac ſuam Italicè concinnavit Fredericus Chriſtophorus, impreſſam ibidem, 1629. in 8.

FRANCISCVS VIVARIVS ſive RIVARIVS *Madritenſis Ord. Ciſt.* Compendium Vitæ Candidi Furlongii Monachi Nucalenſis, natione Hiberni. Valliſoletti, apud Henningum Marillo, 1618. Idem ſcripſit de Viris illuſtribus Ordinis Ciſtercienſis librum unum.

FRIDERICVS BALDVINVS *VVitteberga Theologia Profeſſor*, Patentatio Anniverſaria pro Martino Luthero. Wittebergæ 1599. in 4.

FRIDERICVS BRANDT, Vita & Mors Friderici Taubmanni Profeſſoris Wittebergenſis. Hafniæ apud P. Hauboldi 1675. in 8.

FRIDERICVS CHRISTOPHORVS. Vide *Franciſcus Venturius*.

FRIDERICVS HERMANNVS FLAIDERVS, Vide *Baltazar Venator*.

FRIDERICVS JACOBVS LEICKERVS, *Iuris Vtriuſque Doctor*, Vitæ clariſſimorum Juriſconſultorum, Nicolai Boërii, Gullielmi Budæi, Antonii Auguſtini, Antonii Goveani, Franciſci Hotomanni, Jacobi Cujacii, Barnabæ Briſſonii, Joannis Bertrandi, Petri Pithæi, & Guidonis Panciroli; ex Recenſione & cum

Notis Friderici Jacobi Leickeri. Lipsiæ, sumptibus Michaelis Guntheri, 1686. in 8.

Idem promisit se alteram Decadem Jurisconsultorum editurum, & in eâ Vitas Æmilii Ferreti, Hugonis Donelli, Gulielmi Marani, Jani à Costa, & Francisci Florentis.

FRIDERICUS JESSENIUS *Husensis, Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Toningensis Diaconus, deinde Kiloniensis Antistes*, subjecit Vitam Davidis Georgii Operi Germanico à se composito, & Kilonii 1670. in 4. excuso, in quo hæreses ejusdem Georgii confutavit.

FRIDERICUS MAYERUS, *Regis Sueciæ per Germaniam Consiliarius, in Sacris Primarius, Theologiæ Doctor & Professor, Hamburgi Pastor*, De Fide Baronii & Bellarmini ipsis Pontificibus dubia, Eclogæ. Amstelodami, 1697. 8. Ibi recenset Scripta non solum quæ à Protestantibus, præsertim à Reformatis, sed etiam quæ à Pontificiis contra Baronii Annales edita sunt. Ibidem enumerat Encomiastas Bellarmini, & ejus Vitæ Scriptores, nec non Autores qui multa in Scriptis Bellarmini falsa, & ad Pontificis tantum libidinem scripta se deprehendisse professi sunt.

FRIDERICUS NAUSEA, *Blanciampinus, Episcopus Viennensis*, Epistolarum ad eum scriptarum libri decem, quibus additus est lucubrationum ejusdem Episcopi Catalogus. Basileæ, 1550. in folio.

FRIDERICUS SCHERETZIUS, Historia Vitæ Danielis Weimanni, Ducatus Clivensis & Comitis Marcani Cancellarii, &c. Accedit Catalogus rarissimorum Librorum instructissimæ illius Bibliothecæ. Lugduni Batavorum, 1663. in 4.

FRIDERICUS GEISLERUS, Dissertatio ad L. Unicam, de Nominum mutatione, in quâ agit de Anonymis Scriptoribus. Lipsiæ, 1671.

FRIDERICUS SPANHEIMIUS, *VVigandi Filius, Genevæ primùm, deinde Lugduni Batavorum Theologiæ Professor*, anno 1620. habuit Orationem funebrem in Obitum Wigandi Spanheimii Patris sui, Theologiæ Doctoris, & Friderici V. Electoris Palatini ac Regis Bohemiæ Consiliarii.

Ejusdem, Geneva restituta, seu, Oratio sæcularis in memoriam Religionis apud Genevenses restitutæ, cum Iconibus & Elogiis

Virorum

Virorum Illustrium quorum operâ Deus collapsam Religionem restituit.

FRIDERICVS SPANHEIMIVS *Friderici Filius, in Academiâ Lugduno-Batavâ Theologiæ Professor, Frater eruditissimi & illustrissimi Domini Ezechielis Spanheimii, Potentissimi Electoris Brandenburgici Status Ministri*, edidit Orationem funebrem in Obitum Antonii Hussii in eâdem Academiâ Græcæ Linguæ Professoris, & Programma in Obitum Joannis Freinsheimii Ulmensis, in Academiâ Heidelbergensi Professoris honorarii.

Idem, in Introductione ad Historiam Sacram utriusque Testamenti, agit de Ecclesiæ Patribus, & de Scriptoribus Ecclesiasticis.

FRIDERICVS SZEMBECK, *Cracoviensis Iesuita*, edidit Polonicè Librum de Vitâ & Morte Petri Tylicki, Episcopi Cracoviensis. Cracoviæ, 1617.

FRIDERICVS TILEMANNVS, *Iuris Vtriusque Doctor, apud VVittebergenses Historiarum & Antiquitatum Professor*, Discursus Philologicus de Historiarum delectu. Wittebergæ, imprimebat. Wolfgangus Mejerus 1597. in 8.

FRIDERICVS UBALDINVS, Vita Angeli Colotii Episcopi Nucerini. Romæ, apud Michaelem Herculem, 1673. in 8.

Idem, præfixit Vitam Francisci Barberini, ejus Libro, cui titulus, *Les Enseignemens d'Amour*.

FRIDERICVS ULRICVS CALIXTVS *Professor Helmstadiensis*, conscripsit Catalogum Librorum à se, & à Parente suo, Georgio Calixto compositorum. Extat in Libro de Tolerantia Reformatorum, Helmstadii, apud Georgium Wolfgangum Hammium, 1697. in 4. edito.

FVLCVINVS, *sive* FOLQVINVS *Lobiensis Abbas*, Vita Folquini, Tarvensis Episcopi, qui obiit anno 855. Habetur apud Mabillon Sæc. Bened. IV. part. 1. p. 622.

Idem descripsit gesta Abbatum Lobiensium.

GABRIEL BVCELINVS, *Ordinis Benedictini Asceta, Monasterii VVingartiensis Theologus, & Prior Sancti Ioannis Baptistæ in Veldikirck*, Catalogum omnium Historicorum con-

 texuit

texuit in Nucleo Historiæ Universalis, parte secundâ, Augustæ Vindelicorum, 1664. in 12. sumptibus Viduæ Joannis Gorlin impresso.

Ejusdem, Germania Topo-Chrono-Stemmato-Graphica sacra & profana, in quâ, inter alia de promota re litterariâ per eruditos disseritur, & Cathedralium Ecclesiarum Pontifices recensentur, ac ab aliis præclarè gesta obiter memorantur. Ibidem, typis Joannis Prætorii, duobus Voluminibus, in folio.

GABRIEL DARTIS *Gallus Milliardensis apud Ruthenos*, Verbi Dei Minister, *Iournal de Hambourg*. Hamburgi, apud Henricum Heus 1694. & 1695. 3. Vol. 8.

GABRIEL GRODDECK *Gedavensis* edit Lipsiæ Novam Bibliothecam Rabbinicam, in quâ agit de Libris, & eorum Editionibus, necnon de Chronologiâ Doctorum Rabbinicorum.

GABRIEL de MAGAILLANS *Iesuita*, in Libro cui titulus, *Nouvelle Relation de la Chine*, Lusitano Idiomate scripto, & in Linguam Gallicam à se converso, Libros à Jesuitis Sinicè scriptos recenset. Versio Gallica edita est Parisiis, apud Claudium Bardin, 1688. in 4.

GABRIEL NAUDÆUS, *Parisinus*, Bibliographia Militaris in Germaniâ primum edita curâ Georgii Sclucberti. Jenæ 1663. in 12. Idem in Libello de Antiquitate Scholæ Medicæ Parisiensis nonnullos Medicos eorumque Scripta refert.

Ejusdem, Elogia Petri Puteani. Parisiis, 1651. 8.

GABRIEL de PETRA *Græca Linguæ in Academiâ Lausanensi Professor*, Vita Dionysii Longini præmissa ejus Libro de sublimi genere Orationis Græcè & Latinè edito, Genevæ, apud Joannem Tornæsium, 1612. 8.

GABRIEL PUTHERBEUS, *Turonensis Ordinis Fontis-Ebraldi, Provisor Collegii Navarræ Parisiis, L'Histoire, Vie, & Legende des Saints, contenant ce qu'ils ont fait, & qui est plus digne d'être remarqué dans leurs actions vertueuses, &c.* Parisiis, apud Michaelem Roigni 1577. fol.

GABRIEL de TREJO, *Presbyter Cardinalis*, egit de S. Francisco Assisate, in limine ejus Operum, Antuerpiæ ex Officinâ Plantinianâ in 4.

GAILLARD *Iesuita*, *Oraison funèbre de François de Harlay, Archevêque de Paris.* Parisiis, in 4. 1696. apud Theodorum Muguet.

GAL-

GALFRIDUS ARTHUINUS *Anglus*, *Ecclesiæ Monomuthensis Archidiaconus*, Vita Merlini Versu Heroico. Habetur Manuscripta in Bibliothecâ Cottonianâ.

GALLIARDUS GUIRANUS, *in Nemausensi Senescalliâ Præsidialique Curiâ Consiliarius*, *& in Supremâ Arausionensi Senator*, In explicatione duorum Veterum Numismatum Nemausiensium, Arausioni, apud Eduardum Rabanum, 1655. in 4. edita, pollicetur Catalogum Auctorum qui de Numismatibus scripserunt, vel ad illorum intelligentiam faciunt.

GALLICANI CLERI PATRES, Petro Aurelio, Veritatis amatori acerrimo, Hæresiarcharum Vindici justissimo, Episcoporum Defensori invictissimo, Elogium Cleri Gallicani Patres congregati anno C. 1646. scripserunt. Extat in limine ejus operum. Parisiis, apud Antonium Vitré, 1646. 2. Vol. editorum.

GASPAR de BAEZA, *cui Patria urbs nomen fecit*, *Granatæ Advocatus*, edidit Hispanicè Pauli Jovii Elogium. Granatæ, 1568.

GASPAR BARTHOLOMÆUS, *Malmagio Danus*, *Medicinæ & Philosophiæ Professor Hafniensis*, Panegyricus de Luthero, ubi ejus Vitam & Res gestas memorabiles Historicè & Theologicè tractat. Hafniæ, 1619. in 4.

GASPAR BRAND, *Pastor Arminianus*, Amstelodami molitur Vitam Hugonis Grotii.

GASPAR BRUSCHIUS *Poëta Laureatus*, *ac Comes Palatinus*, De Laureaco, Veteri admodumque celebri in Nova civitate, & de Patavio Germanico, ac utriusque locis Archiepiscopis, ac Episcopis, libri duo. Basileæ, per Joannem Oporinum, 1553. in 8.

Idem, egit de Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ. Noribergæ 1549.

GASPAR CRUCIGER *Pastor & Professor VVittebergensis*, Oratio de Vitâ Polycarpi, Episcopi Smyrnæi. Extat Tomo Secundo Orationum Phil. Melanchtonis.

GASPAR LAURENTIUS, Oratio de Obitu Theodori Bezæ. Genevæ, 1604.

GASPAR à LILIEN *Berolinensis*, *Consiliarius Brandenburgicus intimus*, *Ecclesiarum in Burgraviatu Norimbergensi Superintendens*

tendens Generalis, Oratio in obitum Joannis Schmidii Theologi. Bareithi, 1675. in 4.

GASPAR SPITILIVS *Italus Camprensis in Samnio, Iesuita*, Vitam Dominici de Fulgino, Abbatis Ordinis Sancti Benedicti, ex MSC. Latinis edidit Italicè. Romæ, 1614.

GASPAR THOMAS de la THAVMASIERE, *Histoire de Berri par Gaspar Thomas de la Thaumasiere, Ecuyer, Seigneur de Puyferrand, Avocat en Parlement.* Parisiis, 1689. in folio. In ea recensentur & laudantur Professores qui in Academiâ Bituricâ floruerunt.

GAVDENTIVS *qui floruit circa annum* 387. scripsit Vitam, seu Encomium Philastri, Brixiæ Episcopi. Habetur apud Surium ad diem XVIII. Julii.

GAUDENTIUS ab ALTAEMPS *Romanus*, scripsit Italicè Vitam S. Joannis Chrysostomi. Prosper Mandosius in Biblioth. Romanâ.

GAVFRIDVS, aliis GOFFRIDVS vel GODEFRIDVS *Monachus Cisterciensis.* Huic tribuitur Liber de Personis illustribus in Claravalle sepultis, qui solet inscribi, Liber Sepulchrorum Claravallis.

GAVRICVS REVIVS *Iurisconsultus, & in supremâ Belgicâ Mechliniensi Curiâ causarum Patronus*, Justi Lipsii Principatus litterarius, adjectus Libro cui titulus Fama Posthuma Justi Lipsii, ex Officinâ Plantiniana 1614. in 4.

GEBHARDVS THEODORVS MEJERVS Monumenta Julia Memorias Professorum Helmstadiensium qui diem suum obierunt, exhibentia. Helmstadii, apud Ham, 1688. 4.

Idem, egit de Prudentiæ Civilis Auctoribus in 4.

GENEST, *Abbas Gallus*, *Portrait de Monsieur de Court.* Parisiis, apud Joannem Boudot, 1696. in 12. Ibi describitur ejus Vitæ & Mortis Historia.

GEORGIVS, *primùm presbyter Alexandrinus*, deinde *Episcopus Laodicensis*, scripsit Vitam Eusebii Emiseni, Arrianismi Propugnatoris. Vide Leon. Allat. de Georg. Diatrib.

GEORGIVS ABRAHAM MERCLINVS, *Reipublicæ Norimbergensis Medicus, & Academiæ Curiosorum dictus Chiron*, Lindanus Renovatus, sive Antonidæ Van der Linden, de

Scriptis

Scriptis Medicis, Libri duo, &c. addito celebriorum Autorum Vitæ curriculo breviter descripto. Norimbergæ, impensis Joannis Endteri, 1686. 4.

GEORGIUS ACACIUS ENENKEL, *Liber Baro Hohenneccius*, Thucydidis Vita, ex Marcellino, Suida, Aphtonio, Plutarcho, & ipsius Historiâ breviter congesta. Extat in limine Historiæ Thucydidis, Tubingæ, apud Grupenbachium, 1596. in 8. impressæ.

* GEORGIUS BALDHOVEN, edidit Poëmata Joannæ Westoniæ, quibus subjunxit Indicem Clararum Mulierum.

GEORGIUS BARTHUST, Vide *Gulielmus Burton.*

GEORGIUS BERTOLDUS PONTANUS, Bohemia pia, hoc est, Historia brevis, pietatem avitam Bohemiæ è miraculis, Ducibus, & Regibus, Sanctis quoque Episcopis, & Archiepiscopis, & aliis ostendens. Francofurti, 1608.

GEORGIUS CALIXTUS *Professor Helmstadiensis*, contexuit Librum de Historiarum Scriptoribus, nondum editum, sed qui propediem in lucem emittetur.

GEORGIUS COLVENERIUS *natus in Gempensi Brabantiæ Vico, Doctor Theologus, & in Regio Duacensi Gymnasio Cancellarius*, scripsit Vitam Flodoardi Presbyteri, & Canonici Rhemensis, quæ habetur Tomo 17. Maximæ Bibliothecæ Patrum.

GEORGIUS COLBIUS Presbyterologia Prussico-Regiomontana ab anno 1620. usque ad 1656. Regiomonti 1657.

GEORGIVS CONSTANTINVS *Bohemus Iesuita*, Philo-Xaverii Pietas Hebdomadaria pro felici morte, cum Compendio Vitæ S. Xaverii. Pragæ, 1666. in 8.

GEORGIVS CRACOVIVS, *Professor VVittebergensis*, Oratio de Vitâ Bartoli. Habetur Tomo 2. Orationum Melanchtonis.

GEORGIVS CYPRIVS *postea* GREGORIVS *vocatus, ex Diacono Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Patriarcha.* Encomium in Sanctum Dionysium Areopagitam. Vide Leon. Allat. de Georgiis.

GEORGIVS EDERVS *Frisingensis I.C. trium Imperatorum Consiliarius*, Catalogus Rectorum Academiæ Vindebonen-

sis aliorumque Virorum Illustrium illius Academiæ. Viennæ, 1645. in 4. typis Matthæi Richtii, Secunda Editio cum Auctario Rectorum, aliorumque Virorum illustrium ejusdem Academiæ, ab Anno 1559. usque ad A. 1644. inclusivè.

GEORGIUS FABRICIUS *Chemnicensis* descripsit Vitam Prudentis Poëtæ Christiani.

Idem, præfixit Commentariis Donati & Servii in Virgilium Auctorum quibus Servius utitur, & eorum quoque Librorum qui temporis injuria perierunt, Catalogum. Liber impressus est Basileæ, per Henric. Petrum 1551. fol.

Ejusdem, Vita Sedulii, & Venantii Honorii Clementiani Fortunati, Lipsiæ, 1568. 8.

GEORGIUS F. Conrardi Riterhusii Consiliarii Reipublicæ Noribergensis & Academiæ ejusdem Antecessoris Vitæ descriptio. Extat in limine Operum Salviani Massiliensis, Noribergæ, 1623. in 12. impressorum.

GEORGIUS FERUS *Bohemus Iesuita*, edidit Bohemicè Vitam Ignatii Loyolæ, & Francisci Xaverii. Pragæ, 1617. & 1629. in 12. Item, Vitam S. Isidori Agricolæ, ibidem 1641. in 12.

GEORGIUS GELESIOTA, composuit Orationem funebrem in Theodorum Xantopulum.

GEORGIUS GLOCERUS, De Vita & Obitu Matt. Lutheri. Germanicè. Argentorati, 1586. 8.

GEORGIUS, aliis GREGORIUS HERMONYMUS, sive CHANTONYMUS *Spartiata Monachus*, Mahometis Vita Latinè reddita, Basileæ, 1541. in 8.

GEORGIUS HESERUS *Veyrensis in Austriâ Superiore Iesuita*, edidit Vitam & Syllabum omnium operum Thomæ à Kempis, ab Autore Anonymo conscriptum. Ingolstadii in 12. Parisiis, 1651. in 8.

GEORGIUS HIERONYMUS WELSCHIUS *Augustanus, Medicinæ Doctor*, Vide *Theodorus Ianssonius ab Almelovven.*

GEORGIUS HILARIUS *Rector Hafniensis*, Programma in Obitum Thomæ Fuiren Doctoris Medici. Hafniæ, 1675. fol.

GEORGIUS KENDALUS *Costoniensis Anglus*, *Londini Verbi Dei Minister*, Vita Georgii Tuvissi Theologi, & Vindiciæ

ciæ à Calumniis Francisci Annati. Extat cum ejusdem Kendali Tractatu, cui titulus, Fur pro Tribunali. Oxoniæ, 1657. in 8.

GEORGIUS LILIUS Series Romanorum Pontificum. Venetiis, 1548.

GEORGIUS MAJOR, *Noribergensis Vittebergæ Theologiæ Professor*, Vita S. Pauli Apostoli præmissa Majoris enarrationi in Epistolas Pauli, Wittebergæ, 1669. apud Joannem Cratonem editæ.

GEORGIUS MATTHÆUS KONIGIUS *in Altorfinâ Academiâ Græcæ Linguæ Professor & Bibliothecarius*, Bibliotheca Vetus & Nova, in quâ Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum, Persarum, Ægyptiorum, Græcorum, & Latinorum per Universum Terrarum Orbem Scriptorum, Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Historicorum, Geographorum, Philosophorum, Oratorum, Poëtarum &c. Patria ætas, nomina, libri, sæpius eruditorum de iis Elogia, testimonia, judicia, summa fide atque diligentiâ, ex quotidianâ lectione deprompta, à primâ Mundi Origine, ad annum 1678. ordine Alphabetico digesta, gratissimâ brevitate recensentur, & exhibentur. Altorfii, 1678. in folio. Vid. Moroff. in Polyhist. lib. 1. c. 18. & Joan. Moller. in ΠΡΟΔΡΟΜΩ Isagoges ad Histor. Chers. Cimbr.

G. MARCEL, *in Senatu Parisiensi Advocatus. Tablettes Chronologiques, contenant avec ordre l'état de l'Eglise en Orient & en Occident, les Conciles généraux & particuliers, les Auteurs Ecclésiastiques, les Schismes, les Hérésies, & Opinions qui ont été condamnées.* Parisiis 1679. & Amstelodami apud Petrum Mortier, 1687. in 8.

GEORGIUS MEDIOLANENSIS, *Ordinis Prædicatorum*, scripsit de Claris Fratribus Ordinis sui qui in Provinciâ Romanâ floruerunt.

GEORGIUS MICHAEL LINGELSHEIMIUS, Vide *Iacobus Bongarsius*.

GEORGIUS MULLERUS, *Sacræ Theologiæ Studiosus*, Oratio funebris de Vitâ & Obitu Joannis Grasseri, Ecclesiastæ Basileensis. Basileæ, 1627. in 4.

GEORGIUS NEUMARCKIUS *Mulhusinus*, *Secretarius Saxo-Vinariensis*, scripsit Germanicè Historiam Societatis Germanorum Fructiferę, ad excolendam Linguam & Poësim Ver-

naculam A. 1617. fundatę. Noribergę, 1688. in 8.

GEORGIUS PACHYMERUS *Constantinopolitanus Sacerdos*, scripsit Carmina de Vitâ suâ. Vide Leon. Allat. de Georgiis Diatr.

GEORGIUS PASCHIUS *Philosophiæ Moralis in Academiâ Kilonensi Professor.* Inventa Nova Antiqua Kiloni. Sumptibus Jo. Sebast. Riechelii, 1695. 8. Ibi multa habet curiosa de Philosophis, Medicis & Mathematicis. Recenset quoque celebres Typographos.

GEORGIVS RICHTERVS *Sacerdos Gorlicïensis*, Crises Melanchtonianę de eligendis optimis quibusque in omni disciplinarum genere Autoribus. Islebiæ, 1597. in 8. In hoc Libro Philippi Melanchtonis de Oratoribus, Poëtis, Historicis, & omnium disciplinarum Scriptoribus sana, & solida collecta sunt judicia, Tyronibus non solum, sed & ipsis Doctoribus profutura.

GEORGIUS RICHTERVS *Reipub. Noribergensis Consiliarius & Academiæ Altorfianæ Procancellarius*, Oratio funebris in Obitum Ernesti Soneri in Academiâ Noribergensi Medicinæ Professoris Altorfini. Noribergæ, Typis Abrahami Wagenmanni 1614. in 4. quæ per errorem in Catalogo nostro Auctorum, Joanni Georgio Richtero, Georgii Filio, adscripta fuerat.

GEORGIVS SCHOMANNVS, *Silesius*, *Ratisbonensis Pastor Socinianus*, scripsit propriam Vitam, quæ adjecta est Bibliothecæ Antitrinitariorum à Christophoro Sandio conscriptæ.

GEORGIVS SCHVBARTVS, Vide *Gabriel Naudaus.*

GEORGIVS SEGERVS *Norimbergensis*, *Philosophiæ & Medicinæ Doctor*, *Regis Poloniæ Archiater*, *& in Gymnasio Thorunensi & Gedanensi Professor*, Oratio Parentalis de Vita & Obitu Joannis Jacobi à Brunn Basileensis Medicinæ Doctoris.

GEORGIVS SERPILIVS, Varia Variorum de Variis Autoribus Judicia. Dresdæ, apud Joan. Christoph. Miet & J. C. Zinnerum, 1694. 8.

GEORGIVS SOHNIVS, *Theologiæ Doctor & Professor*, Oratio funebris in Obitum Nicolai Rodingii Marpurgi Theologiæ Professoris.

GEORGIVS STENGELIVS *Augustanus*, *Collegii Iesuitarum Rector*, De Divis Exterensibus, Wilibaldo, Winibaldo, & Val-

& Valpurga, ex Veteri Codice MSC. Ingolstadii, 1625. in 4.

GEORGIUS THEOPHILUS, Catalogus Auctorum qui in Sacra Biblia scripserunt. Argentorati, 1654. in 8.

GEORGIUS TRINCKUSIUS De Cœcis Sapientiâ & Eruditione claris, mirisque Cœcorum quorundam actionibus. Geræ, 1672.

GEORGIUS VERNON *Anglus, Rector Burtoniensis*, Vita Petri Heylin, Capellani Regum Angliæ Caroli I. & Caroli II. Anglicè, 1682. apud E. Vize in 8.

GEORGIUS VIALD *Gallus Vindocinensis Iesuita*, Vita Petri de Melan è Societate Jesu, quæ MSC. in Collegio Flexensi asservatur.

GERARDUS DUBOIS *Aurelianensis, Congregationis Oratorii Domini nostri Iesu Christi Presbyter, & in Ecclesiâ Sancti Martini Turonensis propositus de Sodobrio*, Historia Ecclesiæ Parisiensis. Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1690. in folio. In ea agit de Episcopis Parisiensibus.

GERARDUS FAUSTUS, GEORGIUS FABRICIUS, EOBANUS HESSUS, ANTONIUS CARCHESIUS, & ANTONIUS VICEDOMINIS Germanos aliquot celebres singulis Distichis celebrarunt. Liber editus est Argentorati, 1546. 4.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS, In Libro de Logices naturâ & constitutione agit de Philosophis Logicis, & in Aristotelis opera Commentatoribus.

Ejusdem, Vita Fabiani Senioris, Burgravii à Dona, Domini in Karvvinden, quem inter Viros doctos meritò collocamus, quia, (teste eodem Vossio,) cum doctrina eloquentiam feliciter sociarat. Vita ejus edita est Amstelodami, in Officinâ Elzevirianâ, 1628. in 4.

Ejusdem, Sulpicii Severi Vita præmissa ejus Operibus, Lugduni Batavorum apud Franc. Hackium, 1647. 8.

Idem, Disserit de Pictoribus eruditis, & de iis qui scripserunt de pingendi Arte, in Libro de Graphice. Extat in Tractatu de quatuor Artibus popularibus. Amstelodami 1650. in 4. apud Jo. Blaeu.

GERARDUS LAMMERS, Catalogus Librorum illustris, ac almæ Universitatis Illustrium ac Præpotentium Groningæ & Omlandiæ D.D. Ordinum, secundum seriem Alphabeti digestus. Groningæ, 1664. fol. M 3 GE-

GERARDVS MEJERVS, *Gymnasiarcha Bremensis*, Oratio inauguralis de Scholæ Bremensis Natalitiis, Progressu, & Incremento; in quâ Viros doctos qui in illa Schola floruerunt, celebrat.

GERARDVS NOVIOMAGVS *Gerardi Geldenhauri filius, Carolo V. à Sacris*, contexuit Catalogum & Historiam Episcoporum Trajectensium. Extat in Batavorum Historiâ ab eodem compositâ, & editâ Basileæ 1641. & in Bataviâ illustrata à Petro Scriverio editâ.

Idem, scripsit Vitam Philippi à Burgundia, Episcopi Ultrajectini. Argentorati excudebat Egenolphus, 1529.

GERARDVS TITIVS *in Academiâ Iuliâ Theologiæ Professor*, Scripsit Vitam Georgii Calixti Helmstadii Pastoris & Professoris, Helmstadii, 1656. in 4. editam.

GERARDVS VAN LEWEN, *Verbi Dei Minister*, Oratio de perpetuo Ecclesiæ Doctore Mose, habita in illustri Amstelodamensi Athenæo, cum Sanctæ Theologiæ professionem auspicantur. V Cal. Martii. Amstelodami, apud Joannem Rievvers, 1686. in 4.

GERARDVS VON MASTRICHT *Iurisconsultus, Antecessor, & Historiarum Professor in Electorali Duisburgensi Academiâ*, Historia Juris Ecclesiastici & Pontificii in quâ agit de Autoribus Juris Ecclesiastici, & Pontificii. Arnhemi, 1678.

GERARDVS VOSSIVS, *Borchlonius Gennanus*, *Propositus Tungensis*, Vita atque Encomium Sancti Patris Ephrem Syri. Extat in Operibus Ephrem ab eodem Vossio illustratis, & Antuerpiæ apud Joannem Leerbergium in folio excusis.

GERARDVS ZOES vel SOVSIVS, *Belga Amesfortensis Iesuita*, edidit Belgicè brevem narrationem Vitæ Francisci à Villaregali, & Joannis Ximenes, Coadjutorum Societatis Jesu, & Vitam P. Baltazar Alvarez. Mechliniæ, apud Jaeye, 1620. Item, Compendium Vitæ Ignatii Loyolæ, Ibidem, 1622.

GERMANICVM COLLEGIVM, *Romæ à Iulio III. procurante Ignatio Loyola erectum*, edidit Vitam ejusdem Loyolæ fundatoris sui æreis imaginibus expressam. Romæ, 1609. in 4.

GERVASIVS, *Monachus Dorobornensis*, scripsit Vitas Pontificum Cantuariensium. Extant inter decem Scriptores Historiæ

ſtoriæ Anglicanæ, Londini, typis Jacobi Fleſcher, 1651. in folio excuſas.

GERARDUS ELMENHORSTIUS, Vide *Adam Cleavius.*

GEVERHARTUS ELMENHORSTIUS præfixit Vitam Apulei ejus Operibus, Francofurti in Officinâ Wecheliana, 1621. in 8. editis.

GILBERTUS *Epiſcopus Sarum*, Oratio exequialis dicta in funere Roberti Boile Armigeri, Anglicè, converſa in Linguam Latinam à Daniele Erneſto Jablonski Verbi Dei Miniſtro, Sereniſſimi Electoris Brandenburgici à Sacris Aulicis. Extat in Libro cui titulus, Stultitia & irrationabilitas Atheiſmi, octo Orationibus habitis Anglicè à Richardo Bentley Canonico Worceſtrenſi, demonſtrata. Berolini, ſumptibus Michaelis Rudigeri, 1696. in 8.

GILBERTUS GAULMINUS *Molinenſis*, in Præfatione appoſitâ Euſthatii Amoribus Iſmenii & Iſmeniæ, Pariſiis, 1618. 8. pollicetur Prolegomena de omnibus Veterum Græcorum Amatoriis ſcriptis

Idem, edidit Librum Rabbinicum de Vitâ & Morte Moſis cum Notis, ibid. 1628. 8.

GISBERTUS VOETIUS, *Heuſdanus*, *in Academiâ Ultrajectinâ Theologiæ Doctor & Profeſſor*, Oratio funebris Meinardi Schottani, in eâdem Academiâ Theologiæ Profeſſoris. Ultrajecti, ex Officinâ Willielmi Strich, 1644. in 4.

GLABER RADULPHUS *Monachus Cluniacenſis*, Vita Gulielmi Abbatis S. Remigii Divionenſis. Extat apud Roverum in Hiſtoriâ Reomenſis Monaſterii.

GODEFRIDUS HENSCHENIUS, *Belga Ieſuita*, Vita Petri Thomaſii, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo ex MSS. edita, & illuſtrata, Antuerpiæ, apud Meurſium, 1650. in 8. Vide etiam *Ioannes Bollandus.*

GODOFREDUS HERMANNUS, *Theologiæ Doctor Sorbonicus, Canonicus Rhemenſis*, ſub nomine Menarti ſcripſit Gallicè Vitam S. Joannis Chryſoſtomi, Pariſiis impreſſam apud Carolum le Saereux, in 4. & in 8.

Idem, ſub nomine Domini de S. Juliano deſcripſit Vitam Joannis De Labadie, quam egit dum Pontificiam Religionem profiteretur

retur, in Libro cui titulus, *Defense de la Foy de la S.Eglise Catholique contre les Mensonges de Iean de Labadie*, Parisiis 1651. in 4.

GONSALVUS de PERALTA, *Granatensis Iesuita*, scripsit Hispanicè Historiam de Obitu & Virtutibus Petri de Leon Societatis Jesu; Epistolam de Obitu & Virtutibus Petri de Aleman; Et Epistolam de Obitu, Vitâ, & Virtutibus Petri de Urteaga, 1644. in 4.

GOSWINUS BOSSUTUS, *Monachus & Cantor Villariensis Monasterii propè Gemblacum*, De Vitâ Arnulphi Cornibautii Laici, sive, Conversi Villariensis, Libri duo, editi à Francisco Moscho Nivellensi. Atrebati, 1600. in 8.

GOTLIEB WAGNERUS, Oratio de Liberis & Libris Sacerdotum. Lipsiæ, apud Joannis Grossii Viduam & Hæredes.

GREGORIVS BERSMANNVS *Annabergensis*, Vita Lucani ex Clarissimis Autoribus collecta, præfigitur ejus Pharsaliæ, Lipsiæ 1589. in 8. editæ.

GREGORIUS BITIUS, *Relatione de Principio è Stato continuato della Sacra Religione de' Fratri de San Basilio degli Armeni, in Italia. Papia*, 1648. *in* 4.

GREGORIVS BLECH *Lubenaviâ Lusatus, Schola Luneburgensis quæ est ad S. Michaelis Corrector*, Nucleus Historiæ & Chronologiæ Universalis, Sacræ & Profanæ, in quo recenset Viros Claros & Doctos, qui in singulis sæculis floruerunt. Ibidem extat Historia Romanorum Pontificum, & Catalogus brevis Academiarum, præsertim Europæarum. Liber prodiit Brunsvvigæ, typis & sumptibus Christophori Friderici Zilligeri, 1660. in 4.

GREGORIVS LETI, *Vita di Sisto V. Pontifice Romano nuovamente ristampata &c.* Amstelodami 1686. apud Janssonio-Waesbergios, 1686. & 1694. in 12.

Ejusdem, *Il Ceremoniale Historico e Politico.* Ibidem 1685. VI. Vol. in eo multa de Viris doctis annotavit.

Idem, In Italiâ Regnante, Genevæ 1676. in 12. 3. Vol. edita, egit de Italis eruditione præstantibus.

GREGORIVS TVRONENSIS, descripsit Vitam Gregorii I. Papæ & S. Hilarii.

GVALTERVS HADDONVS L.L. Doctor Oratio funebris in Obitum Martini Buceri. Extat cum Vitâ ejusdem Buceri

Buceri ab Huberto Conrado ſcripta, & editâ Argentinæ 1562. in 8.

GUALTERUS VALKENIER, *Reipublicæ Amſtelodamenſis Conſul & Senator*, Vitam Virgilii præfixit ejus Operibus, Commentario à ſe illuſtratis, & in Officinâ Abrahami Commelini, 1646. in 4. editis.

GUIDO ALLARDUS, *Les Préſidens Uniques & premiers Préſidens du Parlement du Dauphiné, par Guy Allard, Ancien Conſeiller du Roy & Préſident en l'Election de Grenoble. A Grenoble* 1695. *in* 12.

GULIELMUS *Eccleſiæ Romanæ Bibliothecarius*, ſcripſit Vitas Romanorum Pontificum à Nicolao Papa, in quo deſinit Anaſtaſius, ad Stephanum V. incluſivè. Extant hæ Vitæ cum Anaſtaſii Vitis, Moguntiæ, 1602. & Pariſiis 1649. Verum non deſunt qui omnes has Pontificum Vitas uni eidemque Autori, ſeu Anaſtaſio ſeu alio cuidam tribuendas cenſent.

GULIELMUS ANSLAERIUS Vitam Wilhelmi Mommæ Hamburgenſis, Paſtoris Reformati apud Lubecenſes, præfixit ejuſdem Mommæ meditationibus poſthumis in Epiſtolas ad Romanos ac Galatas, anno 1678. editis.

GULIELMUS ASCHENDORF *Monaſterienſis Ieſuita*, Oratio funebris in Obitum Joannis Godefredi Epiſcopi Herbipolenſis.

GULIELMUS BURTON *Oxonii Iuris Baccalaureus, Scotus Kingſtromenſis, ad Thameſim prope Londinum Archididaſcalus*, Oratio funebris habita in Aulâ Glaceſtrenſi in Obitum Thomæ Alleni Staffordienſis, Mathematici in eâdem Aulâ. Oxonii, 1635. Prodiit una Oratio à Georgio Barthuſt in Collegii S. S. Trinitatis Capellâ, in ejuſdem Alleni tumulum habita.

GULIELMUS CAVE, *Sanctæ Theologiæ Doctor, & Profeſſor, Canonicus Windeſorienſis*, Tabulæ, quibus Doctores & Scriptores Eccleſiaſtici, eorumque patria, ordo, ætas, & obitus, ἐν συνόψει, ab anno Epochæ Chriſtianorum primo, ad A. C. 1519. exhibentur. Editio prima prodiit Londini, Secunda Hamburgi 1677.

Ejuſdem, Cartophylax Eccleſiaſticus, quo propè M. D. Scriptores Eccleſiaſtici, tam minores quàm majores, tum Catholici, tum Hæretici, eorumque patria, ordo, ſecta, munera, ætas, obitus,

editiones Operum præſtantiores, & Opuſcula, quin etiam ipſa fragmenta breviter indicantur; Scriptores dubii à certis, ſuppoſiti à genuinis, non extantes à ſuperſtitibus diſtinguuntur, à Chriſto nato, ad 1517. Accedunt Scriptores Gentiles Chriſtianæ Religionis oppugnatores, & breves cujuſque Sæculi Conſpectus, Londini, 1685. in 8. Lipſiæ, ſumptibus Michaelis Guntheri, 1687. 8. cum Pauli Colomeſii ad hunc Cartophylacem Paralipomenis.

Ejuſdem, Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoria Literaria, à Chriſto nato, uſque ad Seculum XIV. facili Methodo digeſta, quâ de Vita, Geſtis, Dogmatibus, Stylo, &c. perſpicuè agitur. Accedit etiam Henrici Wartoni Appendix ab ineunte Sæculo XIV. ad annum 1547. Londini, apud Richardum Chiſvvel, 1688. in folio, & Genevæ apud Samuelem De Tournes, 1693. in folio.

Ejuſdem, Hiſtoriæ Literariæ Pars Altera, quâ pluſquam DC. Scriptores novi, editi, MSS. deperditi recenſentur. Prioribus plurima adduntur; breviter aut obſcurè dicta illuſtrantur, rectè aſſerta vindicantur; Accedit Conciliorum omnium tum Generalium tum Particularium Hiſtorica Notitia & ad Calcem Operis tres Diſſertationes, quarum prima eſt de Scriptorib. Eccleſiaſticis incertæ ætatis; Lond. apud R. Chiſvvel 1698. & Genevæ apud Fratres De Tournes 1699.

Idem, delineavit idiomate Anglico Hiſtoriam præcipuorum Eccleſiæ Doctorum, qui tribus primis ſæculis à Chriſto nato floruerunt, & eorum Scripta recenſuit. Liber editus eſt Londini 1677. in folio, & denuò recuſus 1682. Idem commemorat Patres quarti Sæculi in altero Volumine, edito Londini 1683. Oppoſuit huic Scripto quidam J. H. Anglicâ Linguâ Conſpectum Antiquitatis. At ei pro Gulielmo Cave ſe objecit Abraham Sellerus in Obſervationibus de Statu Eccleſiæ Priorum Sæculorum quibus inſperguntur Animadverſiones in J.H. Conſpectum Antiquitatis. Lond. 1680. 8. Sev. Walt. Sluteti Propyl. Hiſt. Chriſt. p. 109. Edit. Secundæ.

Ejuſdem, Antiquitates Apoſtolicæ, ſive, Vitæ, Acta, & Martyria Sanctorum Apoſtolorum, cum Vitis S. S. Evangeliſtarum Marci & Lucæ. Acceſſit brevis enumeratio Apoſtolicorum per 300. annos ſucceſſorum, in quinque maximis Eccleſiis Apoſtolicis. Nunc ex Anglico Sermone in Latinum tranſlatæ. Francofurti ad Mœnum 1695. in 8.

GVLIELMVS de la CROIX Epiſcoporum Cadurcenſium Series & Acta. Cadurci 1603. GV-

GVLIELMVS DRYDEN *Anglus*, edidit Anglicè Catalogum & Historiam optimorum Pictorum, tam inter Veteres, quàm inter Recentes, quæ extat ad calcem Artis Graphicę, carmine Latino traditæ ab A. du Frenoy, & Londini sumptibus J. Roger 1695. in 4. impressę.

GVLIELMVS DVRRHAM *Anglus*, Vita & Mors Roberti Harris Sanctæ Theologiæ Professoris, Anglicè, Londini, 1660.

GVLIELMVS GROTIVS *Iurisconsultus*, *Delphensis*, Vita Jurisconsultorum, quorum in Pandectis extant nomina. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez, 1690. in 4.

GVLIELMVS KEHELNERVS à ZENNENDORF, *Bavaricus*, *Consiliarius*, *& Cathedralis Ecclesiæ Augustensis Syndicus*, Vita & Mors Wolfgangi Andreæ Dannii à Kots J. U. D. Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ propositi. Ingolstadii, ex Officinâ Wolfgangi Ederi, 1590.

GVLIELMVS LAVDVS *Archiepiscopus Cantuariensis*, Historia motuum & Inquisitionis contra Reverendum in Christo Patrem Guillelmum Laudum ab ipso in carcere. Cui præmittitur Diarium Vitæ ejus ex ipsius Autographo. Subnectitur Supplementum, ad illam Historiam pertinens, Anglicè. Londini, apud Henricum Chisvvel, 1691. in folio.

GVLIELMVS LINDWODVS, Henrici V. Angliæ Regis privati Sigilli Custos, edidit Catalogum Archiepiscoporum Cantuarensium.

GVLIELMVS MARCELLVS Conspectus Chronologiæ ita digestę, ut Status Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis, Concilia item generalia, & particularia, ut & Scriptores Ecclesiastici, nec non Schismata, Hæreses, & Opiniones ab Ecclesia damnatæ ordine ac planissimè oculis exhibeantur. Hamburgi, ex Officinâ Librariâ Schultzianâ, 1693.

GVLIELMVS MARLOTVS Remensium Archiepiscoporum Historiam descripsit, in Metropoli Remensi Parisiis, 1666.

GVLIELMVS NICOLSON *A. M. Archidiaconus Carleolensis*, Bibliotheca Historica Anglicana, sive, Brevis idea, atque Caracter plerorumque Scriptorum hodie extantium, sive typis impressorum, sive Manuscriptorum, qui utiles esse possunt generalem Angliæ Historiam molientibus. Londini, apud Abelem

Svval, & T. Child, 1696. in 8.

GVLIELMVS PARLOW Vita & Obitus Richardi Cosin, Cancellarii Archiepiscopi Cantuariensis. Londini, 1598.

GVLIELMVS PROVSTEAV, *Antecessor Aurelianensis*, Epistola ad Petrum de Porrade, Massiliensem, de Obitu, & Virtutibus Martini Grotefte des Mahis, Diaconi, & Canonici Aurelianensis, 1695. in 12.

GVLIELMVS PYRRHO, *in Academiâ Codomensi Doctor, Eloquentiæ & Professor Regius*, Vita Claudiani præfixa ejus Operibus, interpretatione & Notis ab eodem Pyrrhone illustratis, & Parisiis apud Fridericum Leonard 1676. in 4. editis. Vide etiam *Petrus Daniel Huetius.*

GVLIELMVS SALDENVS *Vltrajectinus*, in Libro, in quo agit de Libris, varioque eorum usu & abusu, Amstelodami, apud Boom, 1688. in 8. excuso, quosdam Auctores Polygraphos, & plures fœminas eruditione illustres recenset.

GVLIELMVS SALINGERVS *Hibernus Iesuita*, De Vitâ & Morte Thomæ Valesii Archiepiscopi Casiliensis in Hiberniâ. Antuerpiæ, 1655. in 4.

GVLIELMVS de WAHA *Melrensis Iesuita*, Explanatio Vitæ S. Gulielmi Magni, conscripta olim per B. Albertum ejus discipulum, Leodii, apud Gulielmum Henricum Streel, 1693. in 12.

GVLIELMVS WINSTANLEY, scripsit Anglicè Vitas celebriorum Poëtarum Anglorum, sive, Honorem Parnassi, moustratum in brevi Specimine ex operibus ducentorum ferè Poëtarum, qui inde à Gulielmi Conquestoris tempore usque ad Jacobum II. floruerunt. Londini, impensis Samuelis Manstrip, 1687. in 8.

GVLIELMVS XYLANDER, *Augustanus*, Vita Euripidis præmissa ejus Tragediis, Basileæ, apud Joannem Oporinum, folio.

GVINAVD, *La Concordance des Prophéties de Nostradamus, avec l'Histoire, depuis Henri II. jusqu'à Louis le Grand; la Vie, & l'Apologie de cét Auteur, ensemble quelques essais d'explications de plusieurs de ses prédictions, tant sur le présent, que sur l'avenir.* Parisiis, apud Jacobum Morel, 1693. in 12.

GVNDISALVUS de ARRIAGA, *Burgensis Hispanus Ordinis*

Ordinis Prædicatorum, edidit Hiſpanicè Vitam Thomę Aquinatis. Madriti, apud Mariam Quinones, 1648.

GUNDISALVUS FERNANDES de OVIEDO *Aſtur*, ſcripſit Hiſpanicè Vitam Cardinalis Ximenes. Extat MSC. in Collegio S. Ildefonſi Complutenſi.

GUNDISALVUS de ILLESCAS *Hiſpanus*, *Abbas Sancti Frontonis*, *Hiſtoria Pontifical y Catolica, en laqual ſe contienen las Vidas de todos los Pontifices*, duobus Tomis, Salmanticæ 1574. Cæſarauguſtæ, 1583. Burgis, 1592. & Madriti 1623. in folio. Quod deinde Opus in Hiſtoria anni 1570. deficiens auxit, ſupplevitque Ludovicus Babia editis tertiâ & quartâ parte, uſque ad annum 1605. pertingentibus; Atque iterum Marius de Guadalaxara Carmelita quartam elaboravit, atque edidit. Prima Editio prioris Partis ex Officinâ Bernardini à S. Dominico in Oppido Duennas prodiit, 1605. Edita ſunt utraque Volumina Brugis, apud Belgas, 1589.

Ejusdem, Collegium Sapientiæ restitutum, sive, Oratio Sæcularis de Collegio Sapientiæ quod erat Heidelbergæ; Accesserunt Notæ de Heidelbergensi Academiâ, Origine, Progressu, Privilegiis, &c. Heidelbergæ, typis & impensis Ægidii Walteri, 1656. in 4. Ibi præcipui Theologi Heidelbergensis Academiæ qui ante Reformationem vixerunt, breviter enumerantur.

Ejusdem, Thesaurus Philologicus, sive, Clavis Scripturæ, quâ quidquid ferè Orientalium, Hebræorum maximè, & Arabum habent monumenta de Religione, ejusque variis Speciebus, Judaïsmo, Samaritanismo, Muhammedismo, Gentilismo; de Theologia, & Theologis, Verbo Dei ἀγράφῳ & ἐγγράφῳ, variis Bibliorum Exemplaribus, &c. De Commentariis, de Targumin, seu Paraphrasibus Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Persicis, Samaritanis, Græcis, & Latinis, de Masora, & Kabbala de singulis V. T. Librorum Canonicorum & Apocryphorum Autoritate, Prophetis & Prophetiis ita reseratur, ut multiplex inde ad Philologiæ & Theologiæ Studiosos

Studiosos fructus redundare possit. Tiguri, apud Bodmerum, 4. 1649.

Ejusdem, Schola Tigurinorum Carolina, in quâ laudat & recenset Viros Doctos qui in illa floruerunt. Item exhibet Ordine Alphabetico Nomina eorum qui ante Reformationem, ab aliquot sæculis, Ecclesiæ Tigurinę Ministerio suam consecrarunt operam. Accessit Bibliotheca Tigurina, hoc est, Catalogus Librorum ante & post Reformationem à Tigurinis Scriptorum. Liber editus est Tiguri, typis Joannis Henrici Hambergeri, impensis Joannis Henrici Wyssii Bibliopolæ, 1664. in 4.

Idem, in Quintâ Dissertatione Pentados suæ, Tiguri 1654. excusæ, in quâ agit de Methodo legendi Historiam Helveticam, Scriptores Rerum Helveticarum recenset.

Idem, in Historiæ Ecclesiasticę sæculi decimisexti Parte Secundâ Huldrici Zvvinglii, Martini Lutheri, & Joannis Calvini Vitas descripsit.

JOANNES HENRICUS MAJUS *Phorcensis in Gymnasio Durlacensi Professor*, Vita Joannis Reuclini Phorcensis primi in Germaniâ Hebraicarum, Græcarumque litterarum instauratoris. Francofurti & Spiræ, apud Christophorum Olffen, 1688. in 8.

Idem, in Libro cui titulus, Examen Historiæ Criticę Novi Testamenti à Richardo Simonio vulgatę, Giessę apud Christophorum Hermannum, in 4. excuso, celebres aliquot antiquos & recentiores Criticæ Sacræ cultores recenset.

JOANNES HENRICUS OTTIUS *Tigurinus, Verbi Dei Minister in Patriâ, & Hebraæ Linguæ Professor*, Historia Anabaptistica, in quâ Scripta ab Anabaptistis, & contra Anabaptistas vulgata recensentur. Basileæ, apud Jacobum Werenfelsium, 1672. in 4.

Ejusdem, Oratio de causâ Iansenisticâ, unà cum Scholiis & Indice præcipuorum Librorum Jansenisticorum. Tiguri, typis Henrici Hambergeri, 1653. in 8.

IOANNES HENRICUS OTTO *in Academiâ Lausanensi Professor*, Oratio funebris in Obitum Ioannis Henrici Bumalii, Ecclesiæ Bernensis Pastoris. Bernę, apud Georgium Sonleitnerum, 1675. in 4.

Ejusdem, Historia Doctorum Misnicorum, qua opera etiam Synedrii

Synedrii Magni Hierosolymitani, Præsides & Vice-Præsides recensentur. Oxonii, 1673. in 12.

IOANNES HENRICUS URSINUS *Spirensis*, De Zoroastro Bactriano, Hermete Trismegisto, Sanctoniane Phœnicio eorumque Scriptis &c. Exercitationes; quibus Christophori Arnoldi Spicilegium accessit. Norimbergæ 1661. in 8.

Idem, scripsit Vitæ suæ Historiam Germanicè, Teste Casp. Sagitt. Introd. in Not. Script. Eccl. p. 194.

IOANNES HERMANNUS *in Academiâ VVittebergensi Medicinæ Professor*, Oratio de Vitâ & Familiâ Hippocratis. Extat Tomo I. Oration. Phil. Melancht.

IOANNES HEUNIUS *VVolgasto-Pomeranus*, *Medicinæ Doctor & Professor in Academiâ Gryphisvvaldiensi*, Catalogum Professorum Gryphisvvaldensium, à tempore Evangelicę Reformationis, totidem Distichis, quot Professores comprehensum, sub nomine Prosopographiæ Metricę publicavit. Henr, Meimb. Addit. ad Vogl. Introd. &c.

IOANNES HIEROSOLYMITANVS *Patriarcha*, in Linguam Græcam convertit Ioannis Damasceni Vitam, Arabicè scriptam, quę extat in omnibus ferè additionibus Operum Damasceni.

IOANNES HIMMELIUS *Theologia in Academiâ Salanâ Professor*, Threnologia de Vitâ, Rebus gestis, & obitu Quadrigę Theologię, Ioannis Winckelmanni, Balthazaris Mentzeri, Friderici Balduini, & Baltazaris Meisneri. Ienæ, 1628. in 4.

IOANNES à S. Hieronymo, Vide *Ioannes à Iesu.*

IOANNES HOFMANNUS *Ex Schola Delmenborstana Rectore*, *Concionator Insulæ VVangeroga*, Isagoge Chronologiæ Theologo-Politica, & Politico-Theologica, quâ res quædam notatu dignæ, Annorum ac Monarchiarum Series celebriores, Viri Religiosi litterati, atque cujusvis Sectæ Autores ex S. Codice, Orthodoxâ Antiquitate, fideque dignorum Virorum, Veritate Historica, accuratè describuntur. Hamburgi 1668.

IOANNES HONSEMIUS, *sive ut ab aliis vocatur* HOXSEMIUS *natus Hugardiæ in Diœcesi Leodiensi*, *Leodicius Canonicus*, *& Scholasticus ad S. Lambertum*, reliquit Historiam & Res gestas Episcoporum Leodicensium, ab anno 1247. usque ad

annum 1348. quæ à Ioanne Chapeaville edita est, Duaci 1643. in 4.

JOANNES HOPNERUS *Hafniensis*, Catalogus Bibliothecæ quam Academiæ Hafniensi donavit. Hafniæ, 1676. apud Godichen 4.

JOANNES HORNEBECK *Lugduni Batavorum Theologiæ Professor*, Oratio funebris Caroli Masii, Ultrajecti Pastoris & Theologiæ Professoris, habita 20. Aprilis 1651.

JOANNES HORRION *Leodiensis Iesuita*, Panegyricus Theodori Episcopi Paderbonensis, Adjectus Monumentis Paderbonensibus, Amstelodami, apud Danielem Elzevirium 1672. in 4. editis. Ibi recensentur Viri sanctitate & doctrinâ illustres qui è Paderbonensi Gymnasio prodierunt.

JOANNES HULDRICUS GROBIUS *Tigurinus*, *Ecclesiæ Lithopolitanæ Minister*, Vitas Virorum apud Tigurinos, ante & post Reformationem Clarorum, carmine descripsit.

JOANNES HULSEMANNUS, *Lipsiensis Superintendens*, Oratio in Obitum Pauli Roberti Theologi Wittebergensis. Lipsiæ, 1651. in 4.

Ejusdem, Patrologia succinta, edita cum aliis ejus Operibus. Lipsiæ 1679. 4. Ibi persequitur Scriptores Ecclesiasticos XIII. Sæculorum.

JOANNES JACOBUS BECHERUS Musa, seu, ejusdem Scriptorum Index. Francofurti, 1662. in 8.

JOANNES JACOBUS BOPMER, *Civis & Bibliopola Tigurinus*, Catalogus omnium Librorum qui in Officina ejus venales prostant. Tiguri, 1627. in 4.

IOANNES IACOBUS BUCCARDUS, Vita Petri Lasenæ. Romæ, 1637.

IOANNES IACOBVS GRINÆVS *Ecclesiæ Basileensis Antistes*, præmisit Vitam Hilarii Pictaviensis à se compositam, ejus Operibus Basileæ, 1570. editis.

IOANNES IACOBUS GRYNÆUS *Bernensis*, *Basileæ primùm*, *deinde Heidelbergæ Pastor*, *& Theologiæ Professor*, Oratio de Viris Illustribus quorum operâ Deus usus est in Reformandis Ecclesiis. Biponti, 1602. in 4.

JOANNES JACOBUS HULDRICUS *Tiguri Theologiæ Professor*, Oratio sæcularis commemorans Ecclesiæ Tigurinæ

gurinæ beneficium divinum, in quâ Huldrici Zvvinglii Vita breviter describitur. Tiguri, typis Joannis Rodolphi Wolphii 1614. 4.

JOANNES JACOBUS de RUBEIS, *Romanus*, Effigies, Nomina & Cognomina Alexandri Papæ VII. & S. R. E. Cardinalium nunc viventium edita à Jo. Jac. de Rubeis. Romę ad Templum Pacis, 1688. fol.

Ejusdem, Chronologia Summorum Pontificum, in quâ habentur veræ eorum Effigies, Nomina, Cognomina, Anni, Menses ac Dies, &c. Effigies, nomina & cognomina Innocentii Papæ, & Cardinalium, viventium. Effigies, insignia, nomina, cognomina, patria, & dies Promotionis ac Obitus Summorum Pontificum, & Cardinalium defunctorum ab anno 1618.

Idem, parat Philosophorum antiquorum imagines, ab antiquis Numismatibus, ac marmoreis exemplaribus, Gemmis, Cameis, excerptis, cum Inscriptionibus Græcè, Latinè, nec non Declarationibus. Ex Prospero Mandosio, in Centuria V. Biblioth. Romanę.

JOANNES JACOBUS SPEIDELIUS *I. V. Licentiatus*, Lessus Academiæ Ingolstadiensis dictus in tricesimo funeris Besoldiani, unà cum Catalogo Librorum Christophori Besoldi, & nonnullis de supremâ ægritudine atque obitu ipsius specialibus. Habetur in Editione quartâ & posthumâ Synopsis ejusdem Besoldi rerum in Orbe gestarum usque ad Ferdinandum II. Imper. Ingolstadii 1643.

JOANNES JENSIUS, Prolegomena in secundam Editionem Operum Lilii Gregorii Gyraldi Ferrariensis, Lugduni Batavorum, 1696. in fol. duobus Voluminibus, in quibus Autoris Vita, Scripta, superque iis doctissimorum Virorum judicia exhibentur.

JOANNES IESSENIUS à IESSEN, *Bohemus*, *Medicinæ Doctor*, *Academiæ Pragensis Cancellarius*, Oratio de Vitâ & Obitu Martini Biermanni, Professoris Wittebergensis. Wittebergæ apud Maisnerum, 1591. in 4.

JOANNES à JESU & JOANNES à S. HIERONYMO, *Ordinis Carmelitarum Excalceatorum*, scripserunt Hispanicè Vitam Theresæ de Jesu. Bruxellis.

JOANNES JONSIUS, *Holsatus Rensburgensis*, *Gymnasii*

Francofurtani ad Mœnum Prorector, Librum de Grammaticis pollicitus est.

JOANNES HOLMBERGERVS, in Statuâ Mercuriali Theologiæ, Helmstadii editâ, enumerat Scriptores qui in Libros sacros vel omnes, vel quosdam commentati sunt.

IOANNES IVSTVS WINCKELMANNVS. Vide *Christophorus Helvicius*.

IOANNES KELPIUS, Vide *Ioannes Fabricius*.

IOANNES KIRCHMANNVS scripsit Vitam Iacobi Bordingi, Junioris, & Georgii Stampelii.

IOANNES KORMANNVS *Hammelburgo-Francus Iuris Vtriusque Doctor, & in Academiâ Marpurgensi Professor*, Oratio parentalis in honorem Joannis Goddæi Jurisconsulti, in eâdem Academiâ Professoris.

IOANNES LAMBERT, *Monachus Ordinis Cluniacensis*, scripsit Gallicè Vitam Marci Antonini Philosophi Imperatoris, Parisiis, 1580. apud Thomam Perier, in 4.

IOANNES de LAVNOY, *Theologus Parisiensis*, Victorinos V. Veteris Ecclesiæ celebravit, in Appendice Dissertationis de Victorino Episcopo Pitabionensi, & Martyre, Argentinę, 1659. in 8. editę.

IOANNES LAVRENTIVS, *Ripensis, in Patriâ Practicus, ac Canonicus*, Series Episcoporum Ripensium, tetrastichis comprehensa. Hafniæ, 1591. in 4.

IOANNES à LENT, Franciscus Burmannus de Passione Jesu Christi, & de Doctrinâ Christianâ, cum Auctoris Vitâ, ex Musæo Joannis à Lent. Herbornę, typis & sumptibus Joannis Philippi Andreæ, 1695. in 4.

IOANNES LEUNCLAVIUS *Amelburnus, Nobilis Angrivarius*, De Vitâ Ioannis Cassii Coccejani, historicâ fide, & judicii præstantiâ, in principio ejus Historiæ, Hanoviæ. Typis Wechelianis, 1606. in folio excusæ.

IOANNES LEURELIVS, Oatio funebris in Obitum & honorem Simonis Opsopæi, Medicinę & Philosophiæ Doctoris, Pathologiæ in Electorali Palatinâ Academiâ Professoris. Heidelbergæ, typis Gothardi Vœgelini, 1619. in 4.

IOANNES LEURENIVS *Iuliacensis Iesuita*, edidit

carmine Vitam S. Servatii Episcopi Trajectensis, cum Officio. Coloniæ, apud Henricum Hulting, 1649. in 12.

IOANNES LOCCENIUS *Holsatus, I. V. D. in Academiâ Upsaliensi Iuris Professor*, Oratio funebris in Obitum Ioannis Simonii.

IOANNES LOMEIERUS *Pastor & Professor Zutphaniensis*, De Claris Terentiis agit, in Libro cui titulus, Dierum Genialium, sive Dissertationum Philologicarum, Decas prima. Daventriæ, apud Albertum Franken, 1694. in 8.

Idem, in prima Differt. Decad. II. in quâ agit de Urbe Zutphania, texuit Catalogum eorum qui Ecclesiæ Christi, Scholæque, tam in Urbe illa, quàm extra eam, inde tamen oriundi, profuerunt, & multorum Vitas, & Scripta recenset. In secunda Differt. Viros eruditos quos parum aut nihil curavit patria, enumerat.

IOANNES LONÆUS BOSCHIUS, Oratio de optimo Medico, & Medicinæ Autoribus. Extat Tomo primo Orationum Ingolstadiensium.

IOANNES LONGINUS, sive DLUGLOSSUS, *Canonicus Cracoviensis, & postea Episcopus Leopoliensis*, Vitæ Episcoporum Posnanensium, à Iordano I. qui circa annum 966. sedit, usque ad Urielem de Gorka Episcopum XLV. editore Thoma Thretoro, Canonico Warmiensi. Brunsbergæ, 1604. apud Schonfelsium 4.

IOANNES LONICERUS *Osseranus, in Academiâ Marpurgensi Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ Linguæ Professor*, Pindari Encomium, Vitam, & insignia Vatis decora complectens. Extat in limine Pindari Poëmatum, Tiguri, 1560. in 8. editorum.

IOANNES LOPEZ, *sive*, LUPUS scripsit Vitam Vincentii, Valentini, cognomento Ferrarii, qui obiit anno 1418.

IOANNES LOSSENSIS, *Abbas Leodiensis in Cœnobio S. Laurentii*, descripsit Res gestas Episcoporum Leodiensium ab anno 1411. ad annum 1459. Extat id opus in dicto Cœnobio S. Laurentii Manuscriptum.

IOANNES de LOREDANO *Vida de Adam*, Madriti, 1637. in 8.

IOANNES LUDOVICUS HARTMANNUS, *Theologiæ Doctor, in liberâ Imperiali Rottenburgo-Tuberanâ Republicâ*

Superattendens, Laudatio funebris Ioanni Georgio Iuriſconſulto, Polyhiſtori, Poëtæ Incomparabili, ejuſdem Reipublicæ Conſuli. Rottenburgi, 1668. in 4.

IOANNES LVCIVS in Opere ſuo de Dalmatiâ & Croatia, Amſtelodami 1666. excuſo, Thomæ, Spalatenſis Archidiaconi, Hiſtoriam Salonitanorum, atque Spalatenſium Pontificum, uſque ad annum 1266. vulgavit.

IOANNES LVDOVICVS HANNEMANNVS *in Chriſtian-Albertinâ Profeſſor publicus*, pollicitus eſt Thaumatographiam, in qua continebuntur Elogia & Iudicia de Viris Arte, Marteque conſpicuis, eorumque Libris, ac Rebus geſtis.

Idem, exhibuit Catalogum Scriptorum à ſe editorum, in Libro, cui titulus, Zacharias Pontifex, Hamburgi, apud Gotofredum Liebezeit, 1696. in 8. excuſo.

IOANNES LYDIVS *Theologus Batavus*, pollicitus eſt Syntagma de Friſiæ Apoſtolis, Vide Io. Moller. Iſagog. ad Hiſt. Cherſ. Cimb. part. 2. p. 20.

IOANNES MAAN *Theologiæ Doctor*, tradidit Vitas Epiſcoporum Turonenſium, in Libro quem inſcripſit, Sancta & Metropolitana Eccleſia Turonenſis. Auguſtæ Turonum, 1668.

IOANNES MABILLON *Monachus Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Sancti Mauri*, Acta Sanctorum ejuſdem Ordinis per varia ſæcula, Pariſiis 1668. & ſequentibus annis 5. Tomis in folio.

Ejuſdem, *Traité des Etudes Monaſtiques diviſé en trois parties, avec une Liſte des principales difficultez qui ſe rencontrent dans la lecture des Originaux, & un Catalogue des Livres choiſis pour compoſer une Bibliotheque. A Paris chez Charles Robuſtel* 1691. *in* 4.

Idem, in Muſæo Italico agit de nonnullis Viris Doctrina Illuſtribus. Lutetiæ 1687. in 4. Ibidem extat Hiſtoria Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Mediolanenſium p. 109.

IOANNES MADARIAGA *Hiſpanus*, *Valentinus Ordinis Carthuſianorum*, edidit Hiſpanicè Vitam S. Brunonis, Patriarchæ Carthuſianorum. Valentiæ, 1596. in 4.

IOANNES MAGNVS *Præpoſitus Stutgardienſis*, Vitæ Pontificum Sueciæ. Romę 1654. Et Concio funebris in Obitum Lucę Oſiandri, in qua ejus Vitę Hiſtoria narratur.

IOAN-

IOANNES MAJOR, Oratio in Obitum Philippi Melanchtonis. Wittebergæ, 1561. in 8.

Ejusdem, Parentalia Anniversaria Martini Lutheri, & Philippi Melanchtonis, celebrata in Academiâ Wittebergensi. Ibidem 1662. in 4.

IOANNES MAIRE, Catalogus Librorum Officinæ Joannis Maire, continens Libros, qui cum ejus typis & impensis, tum etiam ex Officinâ Plantinianâ Raphelengii prodierunt. Lugduni-Batavorum, 1639. in 4.

IOANNES MALDONATUS, *Hispanus Iesuita*, dicitur scripsisse de illustribus Mulieribus.

IOANNES MARIA FREYLIN, *Pedemontanus Iesuita*, scripsit, sed non edidit, Vitam Didaci Martinez Societatis Jesu.

IOANNES MARIA POLITIANUS, *Carmelita*, scripsit Vitam Alberti Drepanensis.

IOANNES MARIA de RUBEIS *Romanus*, evulgavit anno 1653. *Compendio delle azioni e Vita del Cardinale Marcello Lanti, Decano del Sagro Collegio.*

IOANNES MARIA VICECOMES *Mediolanensis Iesuita*, edidit Italicè Vitam Antonii Julii de Societate Jesu. Mediolani, apud Ludovicum Monzum, 1666. in 12. quam Latinè reddidit Franciscus L'Hermite Jesuita. Antuerpiæ, 1671. in 8.

JOANNES MARIETTA *Victoriensis Dominicanus*, Catalogus Scriptorum sui Ordinis. Cantiæ, apud Petrum de la Valle, 1506. in folio. Vitam, Ludovici Granatensis. Madriti, apud Joannem de la Cuesta, 1604. in 8. quæ unà cum Granatensis Operibus excudi solet. Catalogus Archiepiscoporum Toletanorum; Madriti, 1600. in 4. Ei tribuitur quoque Catalogus Episcoporum Ordinis S. Dominici.

JOANNES MARTINUS *Antuerpiensis Iesuita*, Vitę Ignatii Loyolæ, & Francisçi Xaverii, Flandricè. Mechliæ, apud Jaye, in 12.

JOANNES MARTINUS LYDIVS *Verbi Dei Minister Veteraquinus*, continuavit Opus Roberti Barns & Joannis Balæi de Vitis Pontificum Romanorum. Lugduni-Batavorum 1615. in 8.

IOAN-

JOANNES MARTINUS RAUSCHERUS, Laudatio funebris Jacobi Reichingii, Patritii Augustani, Theologiæ Doctoris, & Professoris in Academiâ Tubingensi. Tubingæ, 1629. in 4.

JOANNES MATTHÆUS *Professor VVittebergensis*, De Vitâ Lutheri. Wittebergæ, 1581. in 4.

JOANNES MENSINGA, Oratio in Obitum Tobiæ Andreæ. Groningę, 1676. in 4.

JOANNES MESSENIUS *Ostrogothus*, composuit Librum de Archiepiscopis & Episcopis Sueciæ, teste Jo. Scheff. in Upsaliâ c. 20.

JOANNES METHODIUS, *Hamburgensis*, publicavit Orationem parentalem, de Vita Joachimi Westphali.

JOANNES MEURSIUS *Senior*, agit de Antigonis, in Notis ad Antigoni Carytii Historiam mirabilem, 1619. Leidæ, editam. De Apolloniis, in Notis ad Apollonii Alexandrini, sive, Disceli Historiam mirandam 1619. publicatam. De Dionysiis Paganis, in Notis ad Helladii Chrestomathiam. De Philostratis, in Dissertatiuncula Epistolis Philostrati Lemmii. Lugduni Batavorum, 1616. in 4. editis, adjecta.

Idem, descripsit breviter Vitas Eusebii Pamphili, Polychronici, & Pselli, ad calcem Commentariorum eorundem Autorum ad Canticum Canticorum; Lugduni-Batavorum, ex Officinâ Elzeviriana, 1617. in 4.

IOANNES MEURSIUS *Lugduno-Batavus, primùm in Academiâ Patriâ, deinde in Regiâ Soranâ Historiarum Professor*, in Libro de Regno Laconum à se edito, Ultrajecti, 1687. in 4. agit de Antiquis Scriptoribus, qui Dionysii nominati sunt.

JOANNES MICHAELIS *Stralsundensis Pomeranus, in Academiâ Grypsvvaldiensi Theologiæ Professor*, Oratio in Obitum Matthiæ Stephani Jurisconsulti & in eâdem Academiâ Antecessoris. Grypsvvaldæ, 1647. in 4.

Ejusdem, Oratio funebris in Obitum Mævii Volschovii Theologiæ Doctoris, Pomeraniæ Superintendentis generalis. Ibid. 1650. 4.

JOANNES MICHAEL MOSCHEROSCH *VVimphilengii*, Catalogum Episcoporum Argentinensium cum Supplemento & Notis edidit. Argentinæ 1651. in 8. & 1660. in 4.

IOAN-

IOANNES MICROELIUS, *Stetinensis Gymnasii Rector*, Catalogus Historicorum 1. qui de Historiis sive scribendis, sive legendis, præcepta inculcarunt. 2. Qui Compendia Historiarum Universalium ediderunt. 3. Qui res Ecclesiæ pertractarunt. 4. Qui diversorum Regnorum & Rerumpublicarum Historias exsequuntur, additus Joannis Microelii Syntagmati Historiarum Politicarum, Stetini, typis & impensis I. Valentini. Rheti, 1654. in 4.

Ejusdem, Syntagma Historiarum Ecclesiæ omnium quo ab Adamo, Iudaica, à Salvatore nostro Christi Ecclesiæ Politia, ritus, persecutiones, transplantationes, Halcyonia, DOCTORES, Synodi, Hæreses, & Schismata, perspicuè & ordine proponuntur, & beneficio Indicis locupletissimi, Tabularumque Chronologicarum, instar Lexici Historiæ Ecclesiasticæ esse possit. Editio quarta cum continuatione Danielis Hartnacii, quâ novas Sectas, & Schismata nuperrimè exorta recenset. Lipsiæ, in 4.

* IOANNES MOLANUS *Theologiæ Doctor Lovaniensis*, in Libro de Martyrologiis, Martyrologia præcipua enumerat, ac de iis differit. Extat folio 587. & sequentibus, Historiæ Christianę Veterum Patrum, Laurentii de la Barre Parisiis, in fol. 1583. excusæ, adjectus.

JOANNES MOLLERUS *Flensburgensis*, Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ &c. quadripartita, sive ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ Cimbricę Literatę, Scripta quibus Ducatuum Slesvicensis & Holsatici, Typographia, Historia, Archæologia, & Iura Επιχώεια, vel comprehenduntur, vel illustrantur, publica atque privata, prisca atque recentiora, Edita, inedita, ac deperdita, concinno ordine enumerans & præcipuorum historiam paulò accuratiùs percensens. Hamburgi, impensis Gothofredi Liebezeitii, Typis Henningii Brendeckii, 1691. 8. Ibidem extat Historia Vitæ Alberti Krantzii, part. I. p. 95. Petri Lambecii. Part. IV. p. 137. & aliquot aliorum doctorum Virorum.

Idem, anno 1687. edidit Cimbriæ litteratæ Prodromum, in quo promittit Universam Cimbriæ Historiam literariam. Opus in IV. Partes dividetur, quarum Prima Scriptorum Indigenarum, Secunda autem Adoptivorum illustriorum, Elogia fusiora, Serie sistet Chronologica. Tertia verò & Quarta eos Ordine Alphabetico enumerabunt Indigenas pariter, atque Adoptivos, qui licet ad priorum

X famam

famam non assurgant, mentione tamen aliquâ videntur digni, & inter secundæ in cœlo litterario magnitudinis sidera referendi. Præmittentur τετρατεύχῳ huic Prolegomena de Cimbrorum in omne litterarum generis εἰσαγωγικὰ, & ropographica Ducatuum Slevicensis & Holsatici, Compendiaria, Desselianæ, quæ in Bibliothecæ Belgicæ fronte comparet gemina, illorum Historiæ nostratis litterariæ Capitum brevem exhibitura Διήγησιν, quæ Scriptorum Elogiis non poterunt intexi. Subjicientur eidem, 1. Notitia Scriptorum Cimbriæ Anonymorum, publicorum, atque privarorum, magnam partem detectorum bipartita. 2. Notitia Pseudonymorum, quorum plerisque Larva itidem detrahetur. 3. Indiculus Historicorum qui de rebus nostris commentati sunt, Exterorum. 4. Recensus hominum eruditione summa, non item Scriptis Inclytorum, ex Sæculis XVI. & XVII. parcior, ex VIII. autem præcedenribus uberior. 5. Congeries Alphabetica Auctorum, quos Cimbriæ, conjecturis quidem probabilibus, non autem certis argumentis, possum vindicare. 6. Sylloge Scriptorum Cimbris falso annumeratorum. 7. Sex in totum Opus Indices, Alphabeticus, scilicet, Chronologicus, Topographicus, & Tacticus Autorum, Realis Scriptorum ab illis editorum, (Singula Titulis Scientiarum, tum generalibus, tum specialibus, substraturus) & Alphabeticus denique aliorum in Opere universo memorabilium. In singulorum Scriptorum Elogiis occurret mentio 1. patriç, 2. ætatis, 3. functionum, 4. anni, (quoties is investigari potuit) emortualis. 5. Scriptorum editorum, secundum Idiomatum diversitatem, in certas Classes distinctorum, & juxta annorum quibus prodiere, Seriem, adjectis Tabulis inregris, ac Editionum omnium judicio, enumeratorum. 6. Monumentorum ineditorum, affectorum, promissorum, amissorum, & falsò quibusdam attributorum. Addentur denique 7. eruditorum, tam de Autoribus, quàm de Libris illorum, Judicia & honorifica, & sequiora, unà cum aliorum, qui de iisdem, vel ex professo, vel obiter commentati sunt, Scriptorum Indicula. Illustriorum præterea Elogiis inserenrur Biographiæ eorum prolixiores, Controversiarum, quibus impliciti fuere, sacrarum aut litterariarum, Historia accuratior, Epitaphia & Epicedia selectiora, Methodi quam in scriptis potioribus sunt sequuti, Metaphrastarum item, Exegetarum, Continuatorum, & Antagonistarum qui eadem vel illu-

illustrarunt, vel impugnarunt, Notitia, & alia cognata de non unius generis Ἀξιομνημονεύτοις Monita.

Ejusdem, Bibliotheca Septentrionalis eruditi, exhibens I. Alberti Bartholini Librum de Scriptis Danorum posthumum, in novâ hâc Editione mendis innumeris emendatum, & accessionibus quamplurimis auctum & illustratum, 2. Observationes de plerisque Scriptoribus in Bartholini libello memoratis seorsim excusæ. 3. Johannis Schefferi Suecia litterata. Ibidem apud eundem, in 8.

Ejusdem, Homonymoscopia Historico-Philologico-Critica, sive Schediasma παρεργίκον, de Scriptoribus Homonymis quadripartitum, in species horum varias, & multitudinis immensæ causas inquirens, παροράματα Veterum pariter, & recentiorum in confusione illorum plura detegens. Ibidem extat semicenturia Scriptorum Autori ipsi cognominum. Hamburgi, typis Gothofredi Liebecitii, 1697. 8.

IOANNES MOREAU *Gallus Pontizarensis, Ordinis Cistercienfis*, edidit Orationem in laudem S. Bernardi V. Card. de Visch. in Biblioth. Cisterc.

IOANNES MORINUS *Medicus, Professor Mathematicarum Regius*, scripsit sub nomine Vincentii Panurgi Epistolam de tribus Impostoribus, Gassendo, Neure, & Bernier, Ad Joannem Baptistam Morin. Parisiis, apud Matthæum Bouillette & Joannem Guillard 1654. Menag. Antibaillet T. I. c. 72.

IOANNES MULLERUS *S. Theologiæ Doctor, & in Ecclesiâ Hamburgensi Pastor*, Libro inscripto, Judaismus ex Rabbinorum scriptis detectus, & Verbi divini Oraculis refutatus, Hamburgi, 1644. apud Zachariam Horbelium, edito, Scriptorum Judæorum, & Librorum Rabbinicorum Catalogum adjecit.

IOANNES MULLERUS, *Tigurinus, Ecclesiastes in Vrbe patriâ Petrinus, & Historiæ Ecclesiasticæ Professor*, Disputatio de Sacræ Scripturæ Scriptoribus. Tiguri 1659. 4.

IOANNES de MUNNATONES *Augustinianus Monachus in Toletanâ domo*, scripsit Hispanicè Vitam Thomæ Villanovani Archiepiscopi Toletani.

IOANNES de MUNNOS de GALVEZ *Cordubensis Iesuita*, Epistola de Morte & Virtutibus Didaci Ruyz de Montjoya, Societatis Jesu. Hispali, 1632. Hispanicè.

IOANNES MVSÆVS *in Academiâ Salanâ Theologiæ Professor Primarius*, Laudatio funebris in Obitum Georgii Calixti Theologiæ Doctoris; Helmstadii, 1666. in 4.

IOANNES NADASI, *Tyrnaviæ Hungarus Iesuita*, Annus Joannis, sive de Sanctis Ioannis nomine appellatis. Pragæ, 1664.

IOANNES NEANDER *Bremanus*, Vita Avicennæ præmissa ejusdem Neandri Medicinæ Naturali.

IOANNES NEOVINVS publicavit Orationem Parentalem in Obitum Lucæ Bacmeisteri Rostochiensis Professoris, & Superintendentis anno 1608. defuncti.

IOANNES NICOLAVS PASCHAL ALIDOSIVS *Appendice, Dichiarazione, e Correttione al Libro delli Dottori Bolognesi di Legge Canonica, e Civile, per tutto li 6. d'Agosto* 1623. Adjecta ejusdem Libro de Doctoribus Bononiensibus qui floruerunt usque ad annum 1619. Bononiæ, 1620. 4.

IOANNES NICOLAVS QVISTORPIVS, *Rostochii Theologiæ Professor*, edidit Ioannis Georgii Dorschei Ζητήματα in Epist. I. & II. Ioannis Apostoli, & in Præfatione Memoriam ejusdem Dorschei celebravit, Rostochii 1698.

IOANNES NIEMIVS scripsit Vitam Ioannis Papę XXII. quam Henricus Meimbonius anno 1640. vulgavit.

IOANNES NVNNEZ *Granatensis*, scripsit Hispanicè Vitas Archiepiscoporum Granatensium.

IOANNES OLAI SLANGENDORPIVS, *Professor Theologiæ Hafniensis*, Oratio de Vitâ & Morte Nicolai Koasii. Hafniæ, 1694. in 4.

IOANNES OLEARIVS, descripsit Carmine Heroico Vitam Tilemanni Heshusii, Soceri sui in Academiâ Helmstadiensi Professoris. Adjecta est Commentariis Heshusii in Esaiam.

IOANNES de PALAFOX, *Hispanus*, edidit Hispanicè Vitam Ioannis Eleemosynarii, Patriarchæ Alexandrini, Madriti, 1650. fol. Et Relationem Vitæ suæ manuscriptam, sub nomine Confessionum exemplo, S. Augustini, S. Theresiæ & aliorum.

IOANNES PALATIVS *I. V. D. Canonicus Regularis, in Veneto Lycæo Iurisprudentiæ Canonum Professor*, Gesta Pontificum Roma-

Romanorum à Sancto Petro usque ad Innocentium XI. Venetiis, apud Ioannem Paré Vol. I. anno 1687. II. III. & IV. 1688. V. 1690. cum figuris æneis in fol.

Idem, scripsit Vitam S. Petri Apostoli.

IOANNES PASCHIVS *Ratzeburgensis*, Gynæcæum eruditarum edidit anno 1686.

IOANNES PAVLINVS *Neoburgensis Iesuita*, Vita Bernardi Colnegi Societatis Iesu. Monachii, 1662. in 8.

IOANNES PAVLVS FONS *Catalaunus Iesuita*, edidit Hispanicè Vitas Ignatii Loyolæ, & Francisci Xaverii, compendio ex Italicâ Vitâ translatas, Barcinone, 1620. in 16. apud Stephanum Liberos.

IOANNES PEARSON *Anglus Cestriensis Episcopus*, Annales Cypriani continentes Vitam Sancti Cypriani, quibus subjungitur Vita ejusdem per Pontium Diaconum scripta. Londini, 1681. fol.

Idem, Vitam S. Pauli ordine Chronologico scripsit. Extat in Operibus posthumis ejusdem Pearson, Londini 1688. in fol.

IOANNES PETRVS BELLORI, *Antiquarius Romanus*, Veterum illustrium Philosophorum, Poëtarum, Rhetorum, Oratorum, Imagines expositionibus illustratæ. Romæ, apud Ioannem Iacobum de Rubeis, 1686. in folio.

Ejusdem, Vita Petri della Valle ejus Peregrinationibus præfixa.

JOANNES PETRVS IACOBVS VILLANI, *Senensis, Academicus Humorista infæcundus*, *La Visiera Alzata, Hecatoste di Scrittori che vaghi d'andare in maschera fuor del tempo di Carnavale sono scoperti da Giovanni Pietro Iacomo Villani &c. Passatempo Canicolare inviato all' Illustrissimo & Sapientissimo Signor Antonio Magliabecchi, Musæo Spirante, & Bibliothecario del Serenissimo G. Duca di Toscana*, Parmæ, apud Hæredes Vignoni, 1689. in 12.

JOANNES PETRVS LOTICHIVS, *Medicinæ Doctor, & ejusdem in Academiâ Marpurgensi Professor*, Petronii Arbitri Vita, præfixa ejus Satyrico, Francofurti ad Mœnum, Typis Wolfgangi Hofmanni, in 4. excuso.

Ejusdem, Petri Lotichii Abbatis Solitariensis Vita, præmissa ejus Opusculis, Marpurgi Cattorum, typis Casparis Chambour, 1640. in 8. impressis.

JOANNES PETRVS MAFFÆIVS *Bergomas Jesuita*, reliquit Italicè, non edidit tamen, De Vitâ Gregorii XIII. Libros tredecim, & Latinè res gestas Clementis VIII. est inchoatus.

JOANNES PETRVS PVRICELLVS Laurentii Littæ Archiepiscopi Mediolanensis Vita. Mediolani 1653.

JOANNES PETRVS TANIVS *Romanus Jesuita*, reliquit Italico Sermone conscriptas Vitas Eremitarum, Tomis XIII. comprehensas, quæ servantur in Bibliotheca Domus professæ Mediolanensis.

JOANNES PETRVS TITIVS *Gymnasii Dantiscani Professor*, Thuani Voluminum historica recensio. Gedani, 1685. Ibi ostendit in quibus Editiones Historiæ Thuani inter se differant.

IOANNES PHILIPPUS PARÆUS, vulgavit Dissertationem de Vitâ Plauti, & ejus Scriptis, præmissam ejus Comœdiis, Neapoli Nemetum 1619. in 4. impressis.

Idem, præmisit Operibus Plauti Nomina Autorum à quibus accessit eidem Poëtæ vel Lux, vel Medicina, vel Salus, & de iis judicavit.

JOANNES PFLUG, *Eques Saxonicus*; Epistola ad perillustrem, atque generosissimum Virum, Ludovicum à Seckendorf &c. præter Fata Bibliothecæ Budensis, Librorum quoque in ultimâ expugnatione repertorum Catalogum exhibens. Jenæ, in 12.

Idem, promisit Manuscriptorum Bibliothecæ Budensis Catalogum.

JOANNES PIGNAWARI, *Boneffiensis Monasterii in Comitatu Namuriensi Ord. Cisterc. Monachus*, Liber Epigrammatum in honorem Sanctorum, quorum nativitates secundum usum Ord. Cisterc. celebrantur. Lovanii, Typis Hastenii 1624.

IOANNES de PINEDA HURTADO de MENDOZA, *Hispalensis, Neapolitanæ Curiæ Criminalis Iudex*, Proles Ægidiana, hoc est, de Viris Illustribus Collegii Bononiensis.

IOANNES PISCATOR, *Herbornæ Theologiæ Professor*, Vita Gaspari Oleviani, Heidelbergæ Theologiæ Professoris.

IOANNES PLACENTIUS *Trudonensis, Dominicanus Cœnobii Trajectensis ad Mosam*, scripsit Catalogum Episcoporum Tungrensium, seu, ut ipse vocat, Tongarorum, & Trajectensium.

IOANNES

IOANNES PONTANUS, Catalogus Hæreticorum, tam Veterum, quàm Recentiorum, Methodo Alphabeticâ. Francofurti, 1615. 12.

IOANNES PORTNERUS, *Senator Ratisbonensis*, Oratio funebris in Obitum Joannis Caspari Lentzii Comitis Palatini, & Consulis Ratisbonensis.

IOANNES PREVOTIUS *Burdegalensis*, De Vitâ & Scriptis S. Cyrilli Hierosolymorum Archiepiscopi. Extat in limine ejus Operum, curâ & studio ejusdem Prevotii. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Claudii Sonnii, 1631. in folio editorum.

IOANNES de QUODLINBORCH scripsit Vitas Patrum, quæ duobus Tomis inclusæ, Manuscriptæ in Bibliothecâ Trajectinâ asservantur.

IOANNES QUINTINUS *Heduus*, *Iuris Doctor*, Catalogus Hæreticorum, qualem Gratianus post Isidorum digessit, in Can. Quidam autem, Quæst. III. Parisiis, 1560.

IOANNES à RAVENSTEIN Catalogus Librorum Joannis à Ravenstein. Amstelodami, 1656. & 1658. 8. 1670. in 12.

IOANNES RECHEFELDIUS *Medicinæ Doctor*, aliquot Rectores & Doctores Academiæ Erphordiensis recenset in Trophæo Hermetico practico, Erphordiæ, 1634. in 4. impresso.

IOANNES REGIOMONTANUS, Oratio de Vitâ Alfaragi. Extat Tomo tertio Orationum Phil. Melanchtonis.

IOANNES RESENIUS *Professor Hafniensis & Episcopus*, Oratio in Obitum Christiani Friis de Kragerup Cancellarii. Hafniæ, 1640. in 4.

IOANNES RHETIUS, Oratio funebris in Obitum Faustini Blennonis Stetinensis, Antistitis Ecclesiæ Nicolaitanæ Stetini.

IOANNES RHODIUS, *Hafniensis*, *Medicus & Mathematicus*, Vita Aurelii Cornelii Celsi, præfixa ejus Libris de Medicinâ, Amstelodami, curâ Theodori Janssonii ab Almeloveen apud Joannem Walters, 1687. in 12. excusis.

Ejusdem, Introductio ad Medicinam paulò accuratiorem & Bibliotheca Medica, ex Manuscripto nunc primum edita à Gunthero.

IOANNES RITZENBERGIUS *Hamburgensis*, *Patria*

tria Secretarius, deinde Protonotarius, Epitaphia Joannis Æpini, aliorumque Virorum Sæculi superioris eruditorum, ob virtutem & merita in Ecclesiam & Rempublicam Hamburgensem, memoriâ non indignorum. Rostochii 1555. in 4.

IOANNES ROBERTVS *Arduennas Andoinus, Iesuita*, Historia S. Huberti Ultimi Tungrensis, & primi Leodiensis Episcopi. Luxemburgi, excudebat Hubertus Reulant, 1621. in 4.

IOANNES RODOLPHVS WETSTENIVS *Iacobi filius, Sanctæ Theologiæ Candidatus*, Memoria Benedicta Rodolphi Wetstenii, Theologiæ Doctoris & Professoris Basileensis, Oratione parentali celebrata. Basileæ, typis Jacobi Bertschii, 1686. in 4.

IOANNES RVBEVS *Congregationis Angliæ, Ordinis S. Benedicti, olim in Romanâ Curiâ*, descripsit Vitam & Res gestas Bonifacii VIII. Pontificis Romani, Romæ, typis Hæredum Corbelletti 1651. in 4.

IOANNES RYWOCKI *Prutenus Iesuita*, Vita Rudniski Episcopi Wormiensis. Brunsbergæ, typis Gasparis Weingartner, 1645. in 4.

IOANNES de SALDIENA dicitur collegisse Bibliothecam Librorum Linguâ Hispanicâ scriptorum.

JOANNES de SANCTO BERNARDO edidit Hispanicè Vitam S. Petri de Alcantara. Neapoli 1667. in 4.

JOANNES SAVARO *Regius Consiliarius, Præses & Præfectus Arverniæ*, Antiquitates, & Catalogus Episcoporum Claromontii. Parisiis, 1608.

JOANNES SAXO, *Holsatiensis, in Academiâ VVittebergensi Professor*, Oratio de Vita S. Augustini. Extat Tomo 2. Orationum Phil. Melanchtonis.

Ejusdem, Oratio de Vitâ Rodolphi Agricolæ Frisii. Ibidem.

IOANNES SCHEFFERVS *Argentoratensis, Regius in Academiâ Vpsaliensi Professor*, Suecia Litterata, sive, de Scriptis & Scriptoribus Gentis Suevicæ, Cui accessit Appendix de Scriptoribus Finnicæ Gentis. Opus posthumum. Hafniæ, apud H. Keyser, 1680. in 8. Quidam Sueci vilipendunt hunc Librum, teste Moroff. in Polyhistore.

Idem, in lucem emisit incerti Autoris Sueci, qui vixit circa annum

annum C. 1344. Breve Chronicon de Archiepiscopis & Sacerdotibus Ecclesiæ Upsaliensis. Upsaliæ excudebat Henricus Curio, 1673. 12.

Ejusdem, Upsalia, in quâ agit de Academiâ Upsaliensi & ejus Professoribus, c. 14. De Claris Upsaliensibus c. 20. Liber editus est Upsaliæ 1666. apud Henr. Curionem in 8.

Ejusdem, De naturâ & constitutione Philosophiæ Italicæ, seu Pythagoreæ, Liber singularis, Upsaliæ, excudebat Henricus Curio, 1664. in 8. Ibi agitur de Scriptoribus Philosophiæ Italicæ, & de eorum Discipulis.

Idem, scripsit Vitam Phœdri. Amstelodami, 1687. 8.

IOANNES SCHENCKIUS *à Graffenberg, Friburgo-Brisgoius Medicus*. In Præfatione appositâ Observationibus Medicis rarioribus à se compositis enumerat Medicos qui eandem materiam tractarunt. Liber editus est Lugduni, sumptibus J. Antonii Huguetan, 1643. in folio, & Francofurti 1665.

IOANNES SCHMID, *Budissinâ Lusatus, Argentorati Theologia Professor*, Oratio Parentalis in exequiis Thomæ Wegelini Augustani Theologiæ Professoris Argentinensis. Argentorati, 1670. in 4.

Ejusdem, XVII. Conciones in Obitum Pastorum Ecclesiæ habitæ. Ibid. 1659. 4.

IOANNES SCHNEIDEVINUS, *Professor VVittebergensis*, De Matthæo Wesembecio Narratio & Apologia & plurima ejus Elogia in Programmate funebri edito Wittebergæ 1570. in 8.

IOANNES SCHOPFIUS, *Abbas Blavifontanus in Ducatu VVirtemburgico*, Academia Jesu Christi. Tubingæ 1593. 4. Spiræ, 1616. 8. In eâ agit de Scriptoribus Ecclesiasticis, & de eorum Scriptis; Orditur à Jesu Christo, & desinit in Luthero; Usus plurimum, ut fatetur in Præfatione, Historiâ Magdeburgensi.

JOANNES SCHORIVS Gymnasium Grimmense in statu ante vel post Reformationem, cum Catalogo Præceptorum, Oeconomorum, & Discipulorum, inde ad Rempublicam Christianam juvandam emissorum. Lipsiæ, 1672. 4.

JOANNES SCHVCCELIVS, *Arnstetensis*, Oratio de Vitâ Friderici Rhodii Superintendentis Schvvartzburgensis, &

Ecclesiæ Arnstatensis Pastoris Primarii. Mulhusii, 1602. in 4.

IOANNES SCHVLTINGIVS, Bibliotheca Catholica, contra Ioannis Calvini Institutionem, & Locos Communes Martyris. Coloniæ, 1602. Vol. duob.

IOANNES SEGERVS *Gryphisvvaldiensis Pomeranus*, Oratio in Obitum Valentini Gulielmi Forsteri Jurisconsulti.

IOANNES SEBALDVS KOBENHAVPTIVS, *Argentinensis*, Oratio de Vitâ Sebaldi Hauvenreuteri Medici, & Reipublicæ Argentoratensis Physici. Extat in Orationibus Argentoratensibus Tom. II. p. 126.

IOANNES SEBASTIANVS MITTERNACH *Superintendens Præsulatus Numbergensis*, Panegyricus funebris supra Joannis Willerii obitum. Lipsiæ, 1666. in 4.

IOANNES SEGRI, *Vida, y hechos di Ramond Lullo. En Malloria, Gabriel Giscap*, 1608. *in* 8.

IOANNES SELDENVS, Liber de Nummis; Accedit Bibliotheca Nummaria, sive, Elenchus Autorum, qui de Antiquis Numismatibus, Ebræis, Græcis, Romanis, nec non de Monetis, Ponderibus, & Mensuris ad hunc usque Annum scripserunt Londini, 1691. in 4. Editio tertia.

Ejusdem, Præfatio ad Eutychii Origines Ecclesiæ Alexandrinæ editas Londini 1642. in quâ de Eutychii Patriarchæ Alexandrini nomine, patriâ, natalibus, Ævo, scriptis, adeoque eis unde istæ Origines desumptæ sunt, differit.

IOANNES SIGFRIDVS, *Medicinæ Doctor*, Descriptio Vitæ & Obitus Joannis Caselii, præfixa Operi Epistolico ejusdem Caselii, Francofurti, sumptibus Bertholdi Fuhrmanni 1687. in 8. excuso. Ibidem extat Epistola Hermanni Conringii de Ioannis Caselii Scriptis.

IOANNES SIMON RVGGERIVS *Romanus Academicus Sterilis, Humorista, & Infæcundus*, edidit Orationes duas in laudem Philippi Nerii, habitas in Academiâ Sterilium, 1643. & 1644. Compendium Vitæ Francisci de Sales & S. Petri d'Alcantara. Prosp. Mand. Biblioth. Romana.

IOANNES SLVTERVS *VVinsensis I. V. D. Reipublicæ Hamburgensis Advocatus, deinde Consul*, attexuit Historiam Vitæ Severini Sluteri Patris sui, Antistitis Iacobæi Hamburgi Dissertationi

tioni suæ de Ministrorum Verbi Dei Ordine. Hamburgi 1650. in 12.

JOANNES SPANHEIMENSIS *Abbas*, Oratio in laudem & commendationem Ruperti Abbatis Monasterii Sancti Heriberti Tuitensis, Ordinis S. Benedicti præmissa ejus Operibus, Parisiis, sumptibus Caroli Chatelain, 1638. fol.

JOANNES SPENCERUS *Anglus*, in Libro de Legibus Hebræorum ritualibus, Hagæ Comitis, apud Arnoldum Leers, 1686. in 4. edito, quamplurimos Libros Rabbinorum, deperditos recenset.

JOANNES SPONDANUS *Mauleolensis*, Prolegomena in Opera Homeri, ubi de ejus Vita agit. Basileæ, 1583. Excudebat Eusebius Episcopius, in folio.

JOANNES STIGELIUS *Gothanus*, edidit Orationem de Vitâ Euritii Cordi.

IOANNES STRYP *Anglus*, *Artium Magister*, Thomæ Crammeri Archiepiscopi Cantuariensis Historia, Anglicè. Londini, apud Richardum Chisvvel, 1694. in folio.

JOANNES STURMIUS Oratio funebris de Jacobo Sturmio. Argentorati, 1542.

JOANNES STUBNERUS, *Gymnasii Heilsbrunnensis Corrector*, Ad Historiam Ecclesiasticam Veteris Testamenti Introductio per Tabulas Synopticas ita adornata, ut Ecclesiæ ante & post diluvium Jsraëliticæ, ibidem usque ad Salvatoris ortum facies, unà cum Monarcharum Ecclesiæ illi *συγχρόνων*, celebrium Virorum quoque eruditione & scriptis adhuc viventium Sciagraphiâ. Norimbergæ, sumptibus Pauli Furstii Viduæ, & Hæredum, 1690. in folio.

Ejusdem, Ad Historiam Novi Testamenti introductio per Tabulas Synopticas adornata, quibus Ecclesiæ Christianæ facies sub Imperatoribus, præcipuis Doctoribus, Pontificibus Romanis, Tyrannis, Heterodoxis, unà cum Scriptorum Historiæ Ecclesiasticæ, conversarum Gentium, Eruditorum pariter & potissimorum Conciliorum, Colloquiorum, & Academicorum syllabo repræsentatur. Ibidem, 1684.

JOANNES SVANINGIUS *Iunior Ripensis*, *Præpositus Samoënsis*, Prolegomenis Chronologiæ suæ Danicæ, Hafniæ 1650.

in folio editæ, typis Melchioris Martslan, præposuit Indicem Historicorum Daniæ. In iisdem Prolegomenis Cap. IX. XVI. & XX. Elogia, Krantzii, Erasmi, Oporini, Olai Magni, Possevini, Dempsteri, Vossii, Heinsii, Barthii, & aliquot aliorum Virorum eruditorum invenies.

IOANNES *Subdiaconus Ecclesiæ Romanæ*, transtulit de Græco in Latinum de Vitâ & Doctrinâ Patrum Librum unum. Vide Voss. de Hist, Lat. p. 730.

IOANNES le SUEUR, *Histoire de l'Eglise & de l'Empire, où depuis la naissance de Iésus Christ jusqu'à l'an trois cent vint & six. L'on void dans chaque année l'An de nôtre Seigneur, de l'Empereur, des Consuls, & du Siége des Evêques de l'Eglise Romaine, les Evêques des autres Eglises, les Docteurs, leurs Ecrits, les Hérétiques, les Coûtumes, les Conciles, les Persécutions, les Martyrs, & en un mot les choses les plus remarquables tant de l'Eglise que du Monde Tom. I. & II. A Genève, pour Iean Herman VViderhold* 1677. *in* 4.

Histoire de l'Eglise & de l'Empire, où depuis l'an trois cent vint & cinq de nôtre Seigneur, jusqu'à l'an 501. *l'on marque par tout les années de Iésus Christ, des Empereurs, des Consuls, & du Siége des Evêques de Rome, les Evêques, les Docteurs les plus célèbres des autres Eglises, leurs Ecrits &c. Tom. III. & IV.* Ibidem, in 4.

Histoire de l'Eglise & de l'Empire, où depuis l'an cinq cens de nôtre Seigneur jusqu'à l'an 600. *l'on marque par tout les années de Iésus Christ &c. Cinquiéme Partie*, Ibidem, 1679. in 4.

Histoire de l'Eglise & de l'Empire où depuis l'an six cens un de nôtre Seigneur jusqu'à 800. *l'on marque &c. Sixiéme Partie.* Ibidem in 4.

Histoire de l'Eglise & de l'Empire, où depuis l'an 801. *de nôtre Seigneur jusqu'à l'an* 901. *l'on marque &c. Septiéme Partie, A Geneve, de l'Imprimerie de Duillier* 1686. *in* 4.

Histoire de l'Eglise & de l'Empire, où depuis l'an neuf cens un de nôtre Seigneur jusqu'à la fin de l'an mille l'on marque &c. Huitiéme Partie. Ibidem, 1687. in 4.

IOANNES SULPITIUS, & POMPONIUS INFORTUNATUS Vitam Lucani descripserunt. Extat in limine ejus Pharsaliæ, Omniboni & Sulpitii Commentariis explicatæ. Venetiis, per Bartholomæum de Zanis de Portesio, 1605. folio.

IOANNES TANNER, *Bohemus Iesuita*, Vita Venerabilis

rabilis Patris Alberti Chanouski. Coloniæ, 1666. in 4.

IOANNES TEPELIUS Vita Renati Cartesii, in qua primo agit de Cartesio, & qua occasione ad Philosophiam sese applicuerit, deinde de Scriptis Cartesiii, post de ejus Philosophia, & de iis qui eam oppugnarunt & propugnarunt, denique de judiciis doctorum Virorum super ea. Norimbergæ, 1673.

IOANNES TONIOLA, *Cœtus Italici qui Basileæ colligitur Minister*, Basilea sepulta, retecta, continuata, hoc est, tam Urbis quàm Agri Basileensis Monumenta Sepulchralia, olim à Joanne Grossio collecta, ad 1619. continuata ad 1661. Accessit Appendix selectissimorum Orbis Monumentorum. Basileæ, 1661. in 4.

IOANNES TORNÆSIUS, Insignium aliquot Virorum Icones editæ à Joanne Tornæsio, cum Vitis eorum breviter descriptis. Lugduni, 1559. in 8.

JOANNES TRITHEMIUS, *Spanheimensis & postea Divi Iacobi apud Herbopolin Abbas*, Annalium Hirsaugensium Tomi duo, Opus nunquam hactenus editum, complectens Historiam Franciæ, Germaniæ, gesta Imperatorum, Regum, Principum, Episcoporum, Abbatum, & Illustrium Virorum, nunc primùm in gratiam & utilitatem eruditorum è Manuscriptis Bibliothecæ Monasterii Sancti Galli, publicæ luci datum. Typis ejusdem Monasterii, in folio 1690. In hoc Opere Centurias aliquot Doctorum Virorum cum eorum Scriptis recenset. Ibidem extat Catalogus Scriptorum Trithemii tam editorum quàm ineditorum.

Idem, de Libris propriis, quo tempore, quâ occasione; Scripti ad annum usque 1506. exeuntem, deque iis quos deinceps scribere meditatus erat, agit in Epistolarum Libro secundo Epist. 50.

IOANNES TURSTENIUS *Decanus VVittebergensis*, Oratio de Vitâ Basilii Episcopi Cæsariensis. Habetur Tomo 3. Orationum Phil. Melanchtonis.

IOANNES VALÆUS, Vita Antonii Valæi, in Academiâ Batava Leidensi Sacræ Theologiæ Professoris. Lugduni-Batavorum, ex Officinâ Adriani Wyngarten, 1647. in folio.

IOANNES VALENSIS *Anglus*, edidit Librum de Vitis Illustrium Philosophorum. Lugduni, 1511.

IOANNES VALERIUS ANDREÆ, anno 1630. Vi-

tam Jacobi Andreæ Theologi Lutherani in lucem emisit.

IOANNES VALLIS *Sanctæ Theologiæ Doctor, Professor Savilianus in Academiâ Oxoniensi*, Oratio inauguralis, Oxoniæ in Auditorio Geometrico habita, anno 1649. ubi inter alia in Henrici Savilii laudes expatiatur. Extat in limine Operum Mathematicorum ejusdem Vallis, Oxoniæ è Theatro Sheldoniano 1695. in folio, II. Vol.

Idem, agit de Autoribus antiquis & recentioribus, qui de Algebrâ scripserunt, Tomo secundo Operum Mathematicorum.

IOANNES VASÆUS *Brugensis*, Cap. IV. V. & VI. Chronici Hispaniæ, Scriptores qui de Rebus Hispanicis egerunt recenset.

IOANNES VASTOVIUS *Protonotarius Apostolicus, Canonicus VVarniensis, Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis à Sacris, & Bibliothecâ*, Vitis Aquiloniæ, sive, Vitæ Sanctorum qui Scandinaviam, magnam Arctoi Orbis peninsulam, ac præsertim Regna Gothorum ac Suecorum rebus gestis illustrarunt. Coloniæ Agrippinæ, ex Officinâ Hierati, 1673. in folio.

IOANNES VIETOR *Spirensis, Italus*, edidit Linguâ Vernaculâ Epitomen Vitæ Francisci Xaverii. Coloniæ, apud Wilhelmum Freissem, 1665. in 12.

IOANNES VINCARTIUS, *Belga Insulanus Iesuita*, Vita & documenta S. Joannis Chrysostomi, Tornaci, 1639. in 12.

Ejusdem, Vita Sancti Joannis Eleemosynarii, Damasceni, Climaci, cum Documentis moralibus, Duaci, typis Joannis Serrurier, 1650.

IOANNES VOLCKIUS *Bavarus Iesuita*, Vita Gonsalvi Sylverii è Societate Jesu, è Latino Nicolai Godigni versa Germanicè. Augustæ, 1614.

IOANNES WALTERUS *Gymnasii Curiensis Rector*, edidit Orationem funebrem in Obitum Henrici Teubelii Superintendentis Curiensis.

IOANNES WOITZIUS *Hohenkirckensis Tyrigita*, Vita Nicolai Reusneri carmine descripta cum ejus Epitaphiis & Epicediis. Jenæ, typis Lithandreanis, 1602. in 4. excusis.

IOANNES WINCKELIUS. Vide *Antonius Guevarra*.

IOAN-

IOANNES WOLFGANGVS FABRICIVS *Legum Studiosus*, Oratio funebris in Obitum Floriani Bernbeccii Winsheimiensis, Senatoris & Prætoris Hallensis, edita anno 1625.

IOANNES WOLFGANGVS FREYMONIVS *in Obernhaussen I. V. D. Bavarus*, Symphonia Iuris utriusque Chronologica, in quâ non modo omnium Pontificum, Imperatorum, Consulum Romanorum, Iurisperitorum, tam Veterum, quàm Recentiorum, Nomina, Successiones, Ætates, Tempora concurrentia, ex diversis approbatis Auctoribus in unum Corpus redacta, Lectoribus velut in Tabulâ spectanda proponuntur. Francofurti, ex Officinâ Nicolai Bassaci, 1574. in folio.

IOANNES WOLFIVS *I. V. L. Palatinus & Badensis Consiliarius*, scripsit Vitam Alberti Krantzii. Habetur in Præfatione Chronici Regnorum Aquilonarium, ab eodem VVolfio editorum. Francofurti, apud Hæredes Andreæ VVechelii 1583. folio.

IOANNES de VVOVER *Hamburgensis*, *Consiliarius Ducalis Holsaticus*, Syntagma de Græcis & Latinis Biblicis Interpretibus &c. Præmittitur ejus Vita & Scriptorum Catalogus. Hamburgi, 1628. in 8.

IOANNES VVOVERIVS, in Libro de Polymathia in Bibliopolio Frobeniano 1603. in 4. edito, commemorat præcipuos priscos Grammaticos, & antiquos Chronologos Autores qui Vitas Antiquorum Philosophorum scripserunt.

Idem, præfixit Vitam Apuleii ejus Operibus, ex Bibliopolio Frobeniano, 1606. in 12.

IOANNES ZANGERVS *Brunsvvicensis*, *Iurisconsultus & Professor VVittebrgensis*, anno 1612. VVittebergæ Orationem sæcularem habuit, in quâ ejusdem Academiæ præclaros Doctores laudat.

IOANNES ZAZVS, *Vallis Paradisi apud Hispanos Ordinis Cisterciensis Monachus*, *& postea Abbas*, Historia de Viris ac gestis Sanctorum omnium quorum solemnitates in Congregatione Hispanicâ per totum anni curriculum celebrantur, in Monasterio Vallis Paradisi impressa, anno 1603.

IOANNES ZESNERVS *Baruthinus Philosophiæ Magister, & Poëta Laureatus*, Panegyricus Laurentio Rhodomanno dictus in Academiâ VVittebergensi, VVittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1608. in 4.

IOBVS

IOBVS LVDOLPHVS *Imperatoris, & Saxoniæ Ducis Consiliarius*, in Procemio Historiæ Æthiopicæ, Francofurti ad Mœnum, typis Balthazaris VVustii 1681. in folio excusæ, agit de præcipuis rerum Habessinorum Autoribus, & Libro IV. c. 1. de Re litteraria, de Libris & Eruditione Æthiopum.

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS, Vita Iuvenalis præmissa ejus Satyris, Parisiis in Ædibus Ascensianis, 1605. in 4. editis.

Ejusdem, Vita Virgilii, In Prolegomenis ejus Operum. VVittebergæ ex Officinâ Ioannis Craton, 1598. 8.

IODOCVS à DVDING edidit Bibliothecariographium.

IODOCVS à KVSEN, *Verbi Divini in agro Tigurino Minister, deinde Artium Logicarum in Collegio humanitatis Professor*, Oratio de Vitâ & Obitu Ioannis Caspari VVaseri Sacrarum litterarum in Scholâ Tigurinâ Professoris. Basileæ, in Officinâ Typographicâ Ioannis Schræteri, 1626. in 4.

IONAS GALLVS *Monachus Fontanellensis*, Vita VVulframmi Episcopi Senonensis. Extat apud Mabill. Sec. Bened. III. Part. I.

IONAS HIBERVS, Vita S. Joannis Reomensis, Monasterii Fundatoris, & primi Abbatis. Parisiis, 1637. in Historiâ Abbatum Reomensium.

IONAS LITTERVS publicavit Catalogum Rectorum Archigymnasii Viennensis.

IOSEPHVS ANCHIETTA *Canarinus Iesuita*, scripsit, sed non edidit Vitas Clarorum Jesuitarum qui in Brasiliâ floruerunt.

IOSEPHVS BAPTISTA edidit Italicè Epistolas, in quibus quædam leguntur alibi non occurrentia, de Italorum Scriptis. Meimb. Add. ad Vogler.

IOSEPHVS BARBERIVS *à Sancto Elia, opido Casini*, De miseriâ Poëtarum, Liber primus, qui est de miseriâ Poëtarum Græcorum. Neapoli, apud Castaldum, 1686. Cui adjungitur Index Operum quæ Autor Editioni parabat.

IOSEPHVS CARPANVS *In Vniversitate Romanâ Iuris Civilis Professor*, Oratio de Laudibus Leonis X. Pontificis Romani. Romæ, 1646.

IOSE-

JOSEPHUS CLAUDERUS *Poëta*, *& Schola Altenburgensis Rector*, Oratio Parentalis in exequiis Abrahami Svarini, Martispurgensis, Superintendentis Ducatus Altenburgici.

* JOSEPHUS DUNDRANENSIS, De Illustribus Viris Ordinis Cistercienfis. Carol. Visch. Bibl. Cisterc. p. 224.

JOSEPHUS FERNANDES *Hispanus Iesuita*, edidit Hispanicè Vitam Petri Claver Societatis Jesu. Cæsaraugustæ, 1666. in 4.

JOSEPHUS FOTIUS *Italus Rheginus Iesuita*, Synopsis Vitæ, Virtutum & Miraculorum Francisci de Sales. Italicè. Romæ 1662. 8.

JOSEPHUS FRANCISCUS PAULUS *Mezgerorum Ordinis S. Benedicti apud S. Petrum Salisburgi*, Historia Salisburgensis, hoc est, Vitæ Episcoporum & Archiepiscoporum Salisburgensium, necnon Abbatum Monasterii S. Petri ibidem, & quæ per illos ab anno 582. per XI. continua Sæcula, usque ad 1687. gesta fuere, historica Relatione proposita, &c. Salisburgi, apud Joannem Baptistam Mayer, 1692. in folio.

JOSEPHUS ISÆUS *Cesenas*, Vita Lactantii ex Scriptis ipsius & aliorum Autorum collecta. Extat in principio ejus Operum Romæ, ex Typographiâ Mascardi in folio 1650.

JOSEPHUS MARIA SORESINUS *Presbyter Lateranensis Basilicæ*, De Scriptoribus Lateranensibus, De Viris Illustribus qui ex Collegio Beneficiatorum Lateranensium prodierunt; De Pontificibus, Cardinalibus & Viris Illustribus qui in Lateranensi Ecclesiâ requiescunt; Et de Archiepiscopis ac Episcopis ex Lateranensi Ecclesiâ assumptis. Sed hæc opera morte præventus edere non potuit. Vide Prosp. Mand. in Bibl. Rom.

JOSEPHUS MARIA SUARESIUS, *Episcopus Vasionensis*, Liber Chronologicus de Vitâ Nili Abbatis, seu, Patria, Res gestæ, ac Obitus, adjectus Secundo Volumini Operum ejusdem Nili, Romæ, typis Barberinis, 1678. 2. Vol. in folio.

JOSEPHUS MEGE *Monachus Congregationis S. Mauri*, *La Vie de Saint Benoit par Saint Gregoire le Grand, avec une explication des endroits les plus importans, & un Abregé de l'Histoire de son Ordre.* Parisiis, apud Carolum Robustel, 1690. in 4.

JOSEPHUS OLZINA, *Barcinonensis Iesuita*, Vita

Joannis Bercmans, è Societate Jesu. Valentiæ, 1633. in 4. Hispanicè.

JOSEPHUS PELLIZER de SALAS de TOVAR, *Hispanus, Divi Iacobi Eques, Archichronographus Regius, Fama posthuma del Maestro Fr. Hortensio Felix Paravicino, Predicator de su Majestad.* Madriti, 1634.

Ejusdem, Oratio funebris in Mortem Lopes Felicis de Vega.

JOSEPHUS PERDICARDUS, *Panormitanus Iesuita*, Vita Cæsaris Cajetani, Societatis Jesu, Italicè. Panormi, 1669. in 12. Latinè, & Belgicè redditam, vulgavit Franciscus l'Hermite Jesuita, Antuerpiæ, 1670.

JOSEPHUS SAENS de AGUIRRA, *Congregationis Hispanorum Angliæ Generalis Magister, in Salmanticensi Academiâ Theologiæ Doctor & Professor Ordinarius, in pluribus Cathedris S. Scripturæ Interpres, à Consiliis Secretioribus Catholicæ Majestatis, S. R. E. Cardinalis Presbyter*, S. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis Theologiæ à se Commentariis illustratæ, & Romæ 1693. Vol. 3. in folio excusæ, Catalogum Operum à se editorum & edendorum adjecit.

JOSEPHUS de SANCTA MARIA, *Bisinianensis Episcopus*, evulgavit anno 1629. Vitam, Gesta, & Mortem Francisci Donati Ordinis Prædicatorum. Prosp. Mandos. Bibliotheca Romana.

JOSEPHVS SCALIGER, promisit secundam Editionem Vitæ Patris sui.

Scaligerana, id est excerpta ex ore Josephi Scaligeri, in qua multa curiosa & lectu digna habentur de Viris doctis, quemadmodum & in Epistolis.

JOSUE BARNESIVS, Euripidis Operibus à se vulgatis, & Cantabrigiæ impensis Richardi Green, 1694. in folio editis, præmisit Dissertationem de Vitâ & Scriptis Euripidis.

ISAACVS CASAVBONVS *Genevensis*, Scripsit de Vitâ Polybii Librum Singularem, ac de Vitâ & Obitu Arnoldi Casauboni brevem narrationem, oppositam mendaciis nebulonis Jesuitæ Eudæmon Joannis, Græculi Cretensis, parricidarum Patroni, Merici Casauboni pietas. apud Theod. Jansson. ab Almelovven in Bibliothecâ promissa & latente.

ISAACUS WALTON, scripsit Idiomate Anglico Henrici Wottoni Vitam quam ejus Operibus præmisit. Londini, apud R. Teeke, & T. Saudbrige, 1685. in 8.

JUIGNE BROSSINIERE *Dictionaire Theologique, Historique, Poëtique, Cosmographique & Chronologique, contenant sommairement les vies les plus remarquables des Saints Patriarches & Docteurs de l'Eglise tant Iudaïque que Chrêtienne, des Papes, Empereurs, Rois, Princes, & des Personnes plus illustres en chaque profession, & specialement des Philosophes & Héréfiarques* &c. Parisiis, 1670. in 4.

JULIANUS FRANCADELLUS *Romanus, ex Clericis Regularibus ministrantibus infirmis*, edidit Panegyricos Sermones quamplurimos in honorem Sanctorum, & nonnullorum Cardinalium Ordinis sui. Prosp. Mandos. Bibl. Romana.

JULIANUS POMERIUS *Toletanus*, Appendix ad Ildefonsum de Scriptoribus Ecclesiasticis, quæ Unius Ildefonsi Vitam continet, & cum Hieronymi, Genadii, & Ildefonsi Catalogis edi solet.

JULIUS BARTOLOCCIUS de CELLENO, *Congregationis S. Bernardi Reformati, Ordinis Cistercienfis, & Sancti Sebastiani ad Catacumbas Abbas*, Bibliotheca magna Rabbinica, de Scriptoribus & Scriptis Hebraïcis, Ordine Alphabetico Hebraicè & Latinè digestis, in quâ complures identidem inseruntur Dissertationes. Pars prima, tres primas Alphabeti Litteras complectens. Romæ ex Typographiâ Sacræ Congregationis de Propagandâ Fide, 1675. in folio.

Bibliotheca magna Rabbinica, &c. Pars secunda, complectens sex literas. Ibidem, 1678. in folio.

Bibliotheca magna Rabbinica, &c. Pars tertia, Litteram Iod complectens. Ibidem, 1683. in folio.

Bibliotheca magna Rabbinica, &c. Pars quarta, post Bartoloccii obitum absoluta, aucta & edita à Carolo Joseph Imbonato. Ibid. 1693. in folio.

IULIUS BELLINUS *Goritiensis Italus*, scripsit Vitam & mortem C. F. Breineri.

IULIUS CÆSAR BRACCINI. Vide *Didacus Yepez*.

JULIUS CÆSAR BULENGERUS *Iuboduneņsis Gallus Iesuita*, Descripsit Vitam suam, quæ habetur in Epistola quam Opusculorum suorum Tomo primo præfixit.

JULIUS CÆSAR SCALIGER in sua Poetica recenset Poëtas antiquos & recentiores, & de iis judicat.

Idem, edidit Orationem pro Cicerone contra Erasmi Ciceronianum.

JULIUS CELSUS, Commentarii de Vita Julii Cæsaris adjecti ejus Operibus, ex Musæo Joannis Georgii Grævii. Amstelodami ex Typographiâ P. & I. Blaeu in 8.

IVLIUS LUCENTUS Italia sacra Ferdinandi Ughelli in Epitomen redacta, emendata, & aucta Episcoporum ad hæc usque tempora Successione &c. Adjectis insuper Summorum Pontificum Vitis. Romæ, duob. Volum. 1677. fol.

IVLIUS NIGRONIUS *Genuensis Iesuita*, Historica Dissertatio de S. Ignatio Loyola, & Cajetano Thyanæo Institutione Ordinis Clericorum Regularium. Coloniæ, apud Ioannem Kinchium, 1630. in 4. Neapoli, 1631.

Idem, scripsit Orationem in Obitum Alexandri Farnesii Cardinalis.

IVLIUS OTTO CONRARDUS *ex Iudæo Christianus, in Academiâ Altorfinâ Professor*, anno 1605. Librum edidit inscriptum, Occultorum Detectio, cujus quarta parte Rabbini, eorumque Scripta & Talmudis Autores recensentur.

IVLIUS SCHMIDIUS Catalogum Episcoporum Mindensium anno 1650. Rhintelii vulgavit. Germanicè.

JUSTINIANUS MARTNIANUS *Nobilis Venetus*, Libro, cui titulus, *Venezia descritta in XIV. Libri da Messer Francesco Sansovino, con aggiunta de tutte le cose notabili della stessa Citta fatte e occorse dall' anno* 1580. *sino al presente da Giustiniano Martiniani, primo prete titolato in S. S. Apost.* adjunxit Catalogum Doctorum Venetorum qui ab anno 1660. ad 1663. Rempublicam Litterariam Scriptis suis ornarunt.

IUSTINUS PERTUCCHIUS, *Tenstadiensis Monasterii Portensis Rector*, Chronicon Portense, duobus Libris distinctum, quorum prior continet Veteris Portæ Fundationem, Abbates &c. Posterior, Novæ Portæ, post repurgatam doctrinam, statum,

tum, & formam, cum Præceptoribus, Oeconomis, & Discipulis, inde ad Rempublicam Christianam juvandam emissis. Lipsiæ, 1612. 4.

IUSTUS GEORGIUS SCHOTTELIUS, *Consiliarius Luneburgicus*, in Opere Germanicè scripto, cui titulus *Von der Deutschen hautsprache*, agit de Autoribus qui de Germaniâ & de Linguâ Germanicâ aliquid notabile scripserunt. Liber editus est Brunsvvigæ, 1663. apud Fridericum Zilligerum, in 4.

JUSTUS LIPSIUS, Orationes octo Jenæ habitæ, quarum Quinta defendit Ciceronem à Criminibus ei objectis. Editæ sunt Darmstadii, apud Baltazarem Hofmannum, 1507. in 8. & Heidelbergæ, 1618. Typis Ioannis Lancelloti 8.

Idem, scripsit Vitam Cornelii Taciti.

LA BAUNE, *Iesuita*, Vita Jacobi Sirmundi Jesuitæ præfixa ejus Operibus, Parisiis 1696. V. Tomis, in folio, apud Joannem Anisson, impressis.

LA CROIX, *L'Art de la Poësie Françoise & Latine*, Lugduni, apud Thomam Amaury, 1694. in 12. In eo Libro agit de Autoribus qui de Arte Poëtica scripserunt, enumerat Poëtas Gallos, Antiquos & Recentiores, & breviter eorum Vitas describit.

LADISLAUS *Rex Hungariæ*, Ejus Oratio in laudem Nicolai V. Papæ, extat in Albertide. Byb. J.C. Germani & Canonici Basileensis Margarita Poëtarum, Edita 1495.

LÆLIUS GUIDICCIONUS scripsit Latinè, (teste Leone Allatio in Apibus Urbanis,) Judicium de Latinis Scriptoribus, & Italicè Elogium Virgilii, & Orationem funebrem in mortem Alexandri Guidicconi.

LÆTUS, scripsit Vitas Philosophorum. Vide Jo. Jonsium de Script. Hist. Phil.

LÆVINUS LE CLERQ, *Iesuita Cortracensis*, Vita Lævini Flandriæ Apostoli &c. Gallico & Flandrico Idiomate, præfixis litteris Nominis Initialibus. L.L.C. edita.

LÆVINUS HULSIUS, *Gandensis Flander*, Syllabus Autorum qui de Numismatibus scripserunt, præfixus Libro, cujus titulus, Imperatorum Romanorum series à Julio Cæsare ad Rudol-

phum II. ex priscis recentibusque Numismatibus. Francofurti, 1603. & 1605. in 8.

LÆVINUS NICOLAUS MOLEKEN, De Vita Innocentii V. Cardinalium Origine, Pontificis electione, potentiâ &c. Slesvici, 1656. in 8.

LÆVINVS TORRENTIUS, *Gandavensis, Antuerpiensis Episcopus, & Mechlinensium Archiepiscopus designatus*, de Vitâ & Scriptis Horatii, ex ipsius potissimùm Scriptis Dissertatio. Extat in limine ejus Operum à Torrentio Commentariis illustratorum & Antuerpiæ in Officinâ Plantinianâ, apud Joannem Moretum editorum, 1608. in 4.

LAMBERTUS HORTENSIUS *Montfortius*, præfixit Vitam Lucani ejus Pharsaliæ, Basileæ, apud Henric Petri 1577. folio editæ.

LATINUS PAGANUS URSINUS *Romanus, Ordinis Prædicatorum*, edidit Laudationem Thomæ Aquinatis, apud Grignanum, 1633.

LAURENTIUS BEYERLING *Antuerpiensis, Patriæ Archipresbyter*, Vitæ trium Apostolorum Antuerpiensium, S. Eligii, Willebrodi, & Norberti, Latinè initio, & deinde Belgicè. Antuerpiæ, 1651. in 4. Vide *Petrus Opmerus*.

LAURENTIUS BIFFIUS *Bergamensis, Clericus Regularis Theatinus*, Orationes in laudem Ludovici Bertrandi, Ordinis Prædicatorum, in funere Thomæ Caraffæ, ejusdem Ordinis, & Joannis Baptistæ Milano Episcopi Bergamensis.

LAURENTIUS CHIFFLETIUS, *Gallus Bisuntinus Iesuita*, Panegyrica Epitome præcipuarum Laudum S.S. Ignatii Loyolæ, & Francisci Xaverii, ex Italico Latinè redditæ. Bruxellæ, 1649. in 12.

LAURENTIUS CREMONE, adornavit Bibliothecam Æthiopicam.

LAVRENTIVS FABRICIVS *Dantiscanus, in Academiâ VVittebergensi Professor*, Oratio Protreptica ad Studiosos, ut darent operam Linguæ Hebraicæ. Wittebergę, Typis Wolfgangi Meisneri 1594. in 4. Cap. 2. agit de numero, & Autoribus Targumin.

LAVRENTIVS HOCHWARTVS De Episcopis Ratisbo-

Ratisbonensibus, Libri tres. Extant in Antiquis Lectionibus Henrici Canisii, Colon. 1652. 4.

LAURENTIUS LA ROCHE *Ordinis Cisterciensis ex Ducatu Luxemburgico Monachus*, Laudatio funebris Dionysii de Largentier Abbatis Claraevallis, Doctoris Sorbonici Luxemburgi, apud Hubertum Reuland, 1624. 4.

LAVRENTIVS LEGATVS *Cremonensis*, teste Gregorio Leti, in Italiâ Regnante part. 3. Scripsit Lycaeum Herculis, sive, de Scriptoribus Cremonensibus Librum; De Pictoribus Sculptoribus, & Coelatoribus Cremonensibus. Athenaeum Poëtarum, & Musaeum Poëtriarum, cum Iconibus, qui tamen omnes ἀνέκδοτοι.

LAVRENTIVS LVDOVICVS *Leobergensis*, *Gymnasii Gorliciensis Rector*, Oratio de Philippo Melanchtone. Habetur in Libro, cui titulus, Ecclesia Vetus & Nova. Heidelbergae 1619. Typis Joannis Lancelloti in 8.

LAVRENTIVS MATHESIVS, Vita Joannis Pfeffingeri. Germanicè, Lipsiae, 1573.

LAVRENTIVS PASCHA *Theologiae Doctor*, Tetrasticha de Abbatibus Merseburgensibus propè Magdeburgum, adjecta Chronico illius Monasterii ab Henr. Meimbonio publicato. Helmstadii 1669. 4. & inter Histor. Rerum Germanicarum 1688. in folio.

LAVRENTIVS de PVTEIS *Florentinus Iesuita*, transtulit Italicè, tacito suo nomine, Vitam Antonii Mariae Ubaldini, à Jacobo Bidermanno Latinè scriptam. Romae, 1635. in 24. apud Facciottum.

LAVRENTIVS RHODOMANNVS, Epos Manibus Joannis Samoscii Poloniae Cancellarii, & alia multa eodem pertinentia. Helmstadii, 1606. in 4.

LAVRENTIVS SCHRADERVS, *Halberstadiensis*, Monumenta Italiae quae haec nostro Saeculo & à Christianis posita sunt Helmstadii, Typis Jacobi Lucii Transylvani, 1592. Ibi habentur Elogia plurimorum Virorum doctorum.

LAVRENTIVS VADVS, sive WADDVS *Anglus*, *Ordinis Benedictini Monachus Cantuariensis*, reliquit Vitam Thomę Becketi Cantuariensis Episcopi, quae Manuscripta superest.

supereſt Cantabrigiæ, in Collegio Sancti Benedicti.

LAURENTIUS VON BENEDEN, *Paſtor Pontificius in Agro Bruxellenſi*, Vernaculo Sermone, ſcripſit de Vitâ & Virtutibus Sancti Joannis Evangeliſtæ.

LAURENTIUS WUENS *Belga Neomagenſis Ieſuita*, Oratio funebris in Parentatione Petri Peckii, Brabantiæ Cancellarii. Lovanii, typis Haſtenlanis.

LE CLERC *Genevenſis Medicinæ Doctor*, *Hiſtoire de la Medecine, où l'on voit l'Origine, & le Progrés de cét Art de Siècle en Siècle, depuis le commencement du Monde.* Genevæ, apud J.A.Chouët, & D. Ritter, 1696. in 12. Ibi agit de Hermete, de Æſculapio, de Hippocrate, & de aliis antiquis Medicis.

LE GENDRE, *Gallus*, *Paſtor Reformatus*, *La Vie de Monſieur du Boſc Miniſtre du Saint Evangile.* Roterodami, apud Reinerum Leers, 1694. in 8.

LE GENDRE, *Canonicus Pariſienſis*, *Eloge de Meſſire François de Harlay, Archevêque de Paris.* Pariſiis, apud Jacobum Langlois, 1695. in 12.

Ejuſdem, *Nouvel Eloge de François du Harlay, Archevêque de Paris.* Pariſiis, apud Joannem Langlois, 1696.

LE GRAND, Elogium Nicolai Sanderi inſeruit Libro cui titulus, *La Defenſe de Sanderus*, Pariſiis apud Viduam Edmi Martin, 1688. in 12.

LE NAIN, *Monachus Trapenſis*, edidit Vitas Virorum Illuſtrium Ordinis Ciſtercienſis. Pariſiis, apud Muguet, 1697. 2. Vol. in 4.

LEO ALLATIUS *Græcus Chius*, De Patriâ Homeri egit peculiari Libro edito, Lugduni 1640. in 8. Ubi Procli, aliorumque quorundam Hiſtoriam de Vitâ Homeri vulgavit.

Ejuſdem, Bibliotheca Scriptorum Græcorum profanorum & Eccleſiaſticorum. Coloniæ, 1646.

Idem, Agit de Doctis Conſtantinis in Diſſertatione inedita, cujus in Epiſtola συμμίκτοις ſuis, Coloniæ 1653. excuſis, præfixa, mentionem facit, De Methodiis, & eorum Scriptis, in Diatriba, Methodii, Epiſcopi Tyrii, Sympoſio X. Virginum à ſe Romæ, 1656. in 8. edito adjecta. De Philonibus, in Diatriba, cujus ſub initium Notarum Philonis Byzantii, Libro de VII. Orbis

bis Miraculis, Romæ 1640. à se publicato, subjunctarum, meminit. De Theodoris, in Dissertatione inedita, quam ipse allegat in Symmictis suis.

LEONARDVS ALEMAY, *Gallus Lemovicensis Iesuita*, Parentalia D. Gorguæi Protopræsidis Burdigalensis. Burdigalæ, apud Petrum de la Court, 1629. in 4.

LEONARDVS de ANNA, *Italus Lupiensis Iesuita*, Vita Bernardini Realini. Stabiis, Typis Jacobi Gaffari, 1656. 4.

Idem, transtulit Italicè ex Latino Vitam Sancti Simonis Sali. Lupiis, per Petrum Michaelem, 1669. in 12.

LEONARDVS ARETINVS *Cancellarius Florentinus*, vulgavit Vitam Socratis quę cum Plutarchi Vitis Latinis superiore Sæculo impressa est.

LEONARDVS CINNAMVS, *Neapolitanus Iesuita*, scripsit Italicè Vitam Marcelli Francisci Mastrilli. Viterbii, per Diotallerium, 1645. in 4.

LEONARDVS COZZANDVS *Brixianus Servita*, *Della Libraria Brixiana, nuovamente aperta*, Parte prima. Brixiæ, apud J. M. Rizzardum 1685. in 12.

Libraria Bresciana, prima e seconda Parte, Ibidem, 1694. in 8. Ibidem extat Catalogus Librorum quos Leonardus Cozzandus edidit; vel quos domi habet adhuc affectos hos inter, Vita Joannis Francisci Quinzano, Mediolani in Poëtam Laureatum à Ludovico XII. Galliæ Rege coronati, 1509, Brixiæ edita. De præstantibus Doctrinâ Viris qui alienis fontibus hortos suos irrigarunt.

Idem, in Libro de Magisterio Antiquorum Philosophorum, Genevę, apud Samuelem De Tournes 1684. in 12. edito, omnes antiquos Philosophos longo ordine recenset.

LEONARDVS de FRAYE, *Bruxellensis Iesuita*, transtulit Belgicè Vitam Aloysii Gonzagę, Societatis Jesu à Virgilio Cæpario descriptam. Antuerpiæ, apud Gerardum Volchatium, 1615.

LEONARDVS FRISON *Iesuita*, de Poëmate. Burdigalę, 1682. in 12. Ibi agit non solùm de Poëtis Græcis & Latinis, sed etiam de Oratoribus, & Historicis.

Ejusdem, Furstenbergiana continens Poëmata varia de Ferdinando Furstenbergio Episcopo Monasteriensi &c. pręfixa Operi,

cujus titulus, Laudatio Ferdinandi, & in Criticos veteres ac novos Disquisitio. Burdigalę 1684. 12.

LEONARDUS HVTTERVS *Professor Primarius VVittebergensis*, de Vitâ Georgii Mylii in Academiâ Wittebergensi Professoris, contra Sycophantam quendam Pontificium Wittebergæ, 1608. in 4.

Ejusdem, Tabulæ duæ Hæreseologicæ. Ibidem, in 8.

LEONARDVS NICODEMVS, *Additioni Copiose alla Bibliotheca Napolitana del Dottor Nicolo Toppi.* Neapoli 1683. in folio.

LEONARDVS PERINVS, *Lotharingus Iesuita*, edidit Gallicè Vitam S. Nicolai, Myrensis Episcopi. Mussiponti, apud Hanzelet, 1627. in 12.

LEONARDVS SALVIATVS *Eques*, *Oratione funerale recitata dall' Autore per l'Academia Fiorentina nelle esequie di Benedetto Varchi, l'Opere da lui composte e i suoi più domestici amici.* Edita est cum aliis ejusdem Salviati Orationibus. Florentiæ, apud Juntas, 1575. in 4.

Ejusdem, *Orazione delle lodi di Luigi Cardinale d'Este.* Florentiæ, apud Antonium Paduanum, 1587. 4.

LEONELLVS, *Episcopus Concordiensis*, Oratio in funere Innocentii VII. Inter Orationes Venetas, Coloniæ, apud Hæredes Jo. Quentel, 1560. in 8.

LESCALE, *Eques*, *La Vie du Cardinal Albornos, surnommé, Pére de l'Eglise.* Parisiis, apud Toussaint du Bray, 1619. in 8.

LEVINIVS HIELIVS *Romanus*, edidit Panegyricum Urbani VIII. in secundo Pontificatus sui anno. Prosp. Mand. Biblioth. Romana.

LONGEPIERRE, Vitas Bionis & Moschi idiomate Gallico descripsit & præmisit Versioni Gallicæ Idylliorum Bionis & Moschi. Parisiis 1686. in 12.

Ejusdem, Vita Anacreontis & Saphus. Ibidem, 1692. in 12.

LVCAS AFFARENVS *Hispalensis*, Historia de Vitâ & Miraculis S. Antonii de Padua. Genuæ, 1648. in 8. Cum Additione Secundæ Partis de Miraculis post ejus mortem patratis. Venetiis, 1659. in 12.

* LVCAS à S. CAROLO, aliàs BERTELOTTVS, scripsit

ſcripſit plurima Elogia elegantiſſima Virorum Illuſtrium, memorata à Carolo Viſch in Biblioth. Ciſterc. p. 232. Inter quæ præcipua memorantur, Cardinalis de Montalto, Innocenti X. & Sancti Bernardi.

LUCAS CHRISTIANUS BÆTICUS *Canonicus Argentinenſis*, ſcripſit Librum de Viris Latinitate Claris in Italiâ natis.

LUCAS DACHERI *Benedictinus Congregationis S. Mauri*, edidit Pariſiis, anno 1651. Vitam & Opera Guiberti Abbatis Noviogenti. Vide etiam Verbo LANFRANCUS in Anonymis.

LUCAS GERNLERUS, *Verbi Divini in Eccleſiâ Baſileenſi Miniſter*, Oratio Parentalis Joannis Buxtorfii Junioris in Academiâ Baſileenſi Linguę Hebræę Profeſſoris memoriæ dicata. Baſileæ, 1665. in 4.

LUCAS HOLSTENIUS *Hamburgenſis Pontificis Romani Bibliothecarius*, Anno 40. hujus ſæculi quorundam Librorum Manuſcriptorum magis rariorum Bibliothecæ Medicææ Catalogum confecit, magnâ diligentiâ, & multa eruditione, judicio ſimul de iis dato, an rari, an alibi extent, an editi jam ſint. Henr. Meimbom. in Addit. ad Vogleri Introduct. & Librorum quos Lucas Holſtenius edere conſtituit habetur Lib. I. Bibliothecæ Vindebonenſis p. 111. & ſeqq.

LUCA de JESU *Fœmina Madritenſis*, ſcripſit Hiſpanicè Librum de Vitâ ſuâ, quem ineditum eſſe credit Nicolaus Antonius.

LUCAS MARINÆUS *Siculus*, De Laudibus Hiſpaniæ, Libri VI. ubi inter alia agit de Viris Illuſtribus Belli ac Pacis Artibus aut Doctrinâ.

LUCAS de MONTROYA *Madritenſis Ordinis Minorum S. Franciſci de Paula*, ſcripſit Hiſpanicè Vitam Cardinalis Ximenes. Habetur Manuſcripta in Archivo Monaſterii S. Bartholomæi de la Vega Toletanæ Urbis.

LUCAS SCHACHT Oratio funebris Franciſci De-Le-Boë Sylvii Medici Lugduni Batavorum, 1673. in 4.

LUCAS OSIANDER *Norimbergenſis, Paſtor Eſlingenſis*, Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Centuria 1. 2. & 3. In ea Roman. Epiſcoporum Vitæ deſcribuntur. Tubingæ 1691. in folio.

LUDOLFUS KUSTERUS, Historia Critica Homeri, quâ de Scriptis ejus, tam deperditis, quàm extantibus, spuriis, & genuinis, de fatis, judiciis, studiis hominum, quæ idem Poëta per omnia sæcula expertus est, nec non de Rapsodiâ & Criticis agitur. Francofurti 1696. in 8.

LUDOLFUS à NORTHOF *Eques Marcanus Canonicus Leodiensis & Abbas Sæcularis Visetensis*, Catalogus Archiepiscoporum Coloniensium. Adjectus Historicis Rerum Germanicarum à Meimbonio editis.

LUDOVICUS de AUBERY *Eques, Dominus du Maurier*, Vitam Hugonis Grotii adjecit Libro suo, cui titulus, *Memoires pour servir à l'Histoire de Hollande, & des autres Provinces Unies*. Parisiis, apud Joannem 1687. in 12.

LUDOVICUS BABIA. Vide *Gundisalvus de Illescas.*

LUDOVICUS BAGLIO *Iesuita*, Vita Gabrielis de Magaillan, adjecta Libro inscripto, *Nouvelle Relation de la Chine*, ab Abbate Bernou in Linguam Gallicam converso, & Parisiis, 1688. apud Claudium Barbin, in 4. edita.

LUDOVICUS BELTRAN MARIUS *Valentinus, Ordinis Prædicatorum*, scripsit Hispanicè Vitam Philippi Nerii. Valentiæ, 1625. in 4.

LUDOVICUS BEURER *Cœlestinus*, *Sommaire des Vies des Fondateurs & Reformateurs des Ordres Religieux, avec leur Institution & Reformation, enrichi de leurs portraits en taille douce*. Parisiis, apud Viduam G. le Noir, 1635. 4.

LUDOVICUS BILLAINE, *Bibliopola Parisinus*, Catalogus Librorum in Angliâ, & in Hispaniâ impressorum qui prostant in Officinâ Lud. Billaine, Parisiis 1679. in 8.

LUDOVICUS CAPELLUS, *Linguæ Hebraïcæ, nec non Theologiæ in Academiâ Salmuriensi Professor*, Historia Apostolica illustrata, & Genevæ sumptibus Joannis De Tournes, & Jacobi de la Pierre, 1634. in 4. Londini, 1660.

Ejusdem, Commentarius ad filios suos Joannem Ludovicum & Jacobum, de Capellorum gente, è quâ originem duxerunt, è Gallico in Latinum Sermonem fideliter conversus ab illo Jacobo &c. cum Indice Operum Jacobi & Ludovici Capelli Fratrum, editorum & ineditorum. Extat in limine Commentariorum & Notarum

rum

rum Criticarum Ludovici Capelli in Vetus Teſtamentum. Amſtelodami, ex Typographia P. & J. Blaeu 1689. folio.

Idem, eſt Autor Iconis Joannis Cameronis præfixi ejus Operibus, teſte P. Colomeſio in Biblioт. Selecta p. 73.

LUDOVICUS CONART, *Pariſinus Ieſuita*, *La Vie du Pére Marcel François Ieſuite, mort au Iapon en* 1637. *traduite de l'Eſpagnol du Pére Euſebe de Nierenberg.* Pariſiis, apud Henaut, 1646. in 12.

LUDOVICUS CRESPY y BORIA *Valentinus*, *Præſul Placentinus*, *La Vida de San Felipo Neri. En Valentia*, 1651. *in* 4.

LUDOVICUS CROCIUS, De Ratione Studii Theologici, ubi indicat optimos quoſque Autores in omnibus Scientiis. Liber editus eſt 1651. in 12. cum Gerardi Joannis Voſſii & aliorum de Studiorum ratione Opuſculis, Ultrajecti.

LUDOVICUS de DIEU *Paſtor Leydenſis*, Oratio funebris in Obitum Petri Colonii Paſtoris Metenſis.

LUDOVICUS DIEZ de ARCOS *Cæſarauguſtanus*, Quidam ei tribuunt Catalogum Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Cæſarauguſtanorum.

LUDOVICUS DOUCIN, *Ieſuita*, deſcripſit Vitam Neſtorii, quæ extat in Hiſtoria Neſtorianiſmi, ab eodem Jeſuita Gallicè compoſita, & Pariſiis, apud Gulielmum de Luines, ac Roterodami, apud Reinerum Leers, 1698. in 4. edita.

LUDOVICUS FLORIUS *Italus Ieſuita*, ex Hiſpanicâ Linguâ in Latinam tranſtulit Vitam Joſephi Anchiettæ, Societatis Jeſu à Stephano Paterninâ Jeſuita deſcriptam. Meſſanæ, per Petrum Bream, 1639. in 8.

LUDOVICUS de S. FRANCISCO, *Luſitanus, Theologiæ Doctor*, Ordinis Fratrum Minorum, Oratio funebris in Obitum Fr. Marci Valladorii, Romæ, 1587. in 4.

LUDOVICUS JACOBI, *Bruxellenſis Ieſuita*, Vita Alphonſi Rodriguez & Benedicti Goez, Coadjutorum temporalium Societatis Jeſu. Antuerpiæ, apud Arnoldum Van Bohel, 1659. in 12.

LUDOVICUS JACOB à S. CAROLO *Cabilonenſis Burgundus*, *Ordinis Carmelitarum*, Vaſtum Opus IV. Volumi-

num in folio meditatus eſt, quorum duo eos qui Linguâ Latinâ, cætera qui Gallicâ ſcripſerunt comprehendere debebant; Titulus Operis erat, *La Bibliotheque Vniverſelle de tous les Auteurs de France qui ont écrit en quelque ſorte de Science & de Langue*. Theod. Janſſ. ab Almel. in Bibl. Prom. & Lat. p. 30.

LUDOVICUS JACOBILLUS *Romanus, Presbyter, Protonotarius Apoſtolicus*, retulit Scripta ſua in Bibliotheca Umbriæ, in qua aſſerit ſe edidiſſe materna Lingua, inter al'a, Vitas Sanctorum & Epiſcoporum Fulginiæ & Umbriæ, Fulginiæ impreſſas, & pollicitus eſt Librum in quo agit de Viris Illuſtribus qui ex Umbriâ prodierunt.

LUDOVICUS JANNINUS, *Gallus Nantuanus Ieſuita*, Latinè reddidit ex Italico Vitam S. Ignatii Loyolæ, à Daniele Bartolo ſcriptam. Lugduni, ſumptibus Laurentii Aniſſon, 1665. 4. Vitam Franciſci Xaverii ex Italico ejuſdem Bartoli. Ibid. 1666. 4.

Idem, de ſuo ſcripſit & edidit Vitam Balthazaris Alvarez contractum, Ibid. 1644. in 12. Vitam Bernardini Realini, Ibid. 1645. 8. Vitam Alfonſi Rodriguez. Ibid. 1648. in 12.

LUDOVICUS JUNGERMANNUS, *Medicinæ Doctor, & Botanices Profeſſor Altorfienſis*, Aulæum Academicum, in quo Clariſſimorum Profeſſorum quibus Academia Gieſſenſis maximè inclaruit, Anagrammata tam Latinæ, quàm Vernaculæ Linguæ nobis exhibentur. Gieſſæ, 1624. 4.

LUDOVICUS LAVATERUS, *Eccleſiæ Tigurinæ Archidiaconus*, Narratio de Vita & Obitu Conradi Pellicani Rubeaquenſis, Baſileæ primùm, deinde Tiguri Theologiæ Profeſſoris, adjecta ejus Commentariis in Libros Veteris Teſtamenti. Tiguri, apud Chriſtophorum Froſchoverum, 1580.

LUDOVICVS LE COINTE, *Ieſuita*, contexuit Vitam Confucii Philoſopi Chinenſis, quæ continetur in primo Volumine Libri ab eodem Le Cointe publicati hoc titulo, *Memoires de la Chine*, Pariſiis, apud Joannem Aniſſon, duobus Voluminibus in 12. edita.

LUDOVICUS LEMOSIUS, *Luſitanus Medicinæ Doctor*, Judicium de Operibus Hippocratis. Salmanticæ, apud Ildefonſum à Terranovâ, 1580. in fol. & Venetiis, 1592. apud Robertum Mejettum, in 8.

LVDOVICVS LIEBHARDVS vulgavit Orationem de Superintendentibus Baruthinis, Baruthi, 1693.

LVDOVICVS LVCIVS, *in Academiâ Basileensi Professor*, publicavit Historiam Ecclesiasticam, in quâ habentur Vitę Doctorum Ecclesiasticorum & Episcoporum, à Petro usque ad 13. Sæculum. Basileæ, typis Ludovici Regis, 1624. III. Vol. in folio.

LVDOVICVS MAIMBOVRG, *Lotharingus Nanceanus Ex-Iesuita*, *Histoire du Pontificat de Gregoire le Grand.* Parisiis, apud Claudium Barbin, 1686. in 4.

Ejusdem, *Histoire du Pontificat de Leon le Grand.* Ibidem, apud eundem, 1687. in 4. & in 12. & Hagæ Comitis, apud Adrianum Moetiens, in 12.

Ejusdem, Oratio funebris Nicolai Zappæ, Monachi Augustiniani. Romæ, 1638.

Idem, Elogium Joannis Gersonis contexuit in Historiâ Schismatis Occidentis.

LVDOVICVS MORERI, Supplementum ejus Dictionarii Historici prodiit Parisiis, apud Dionysium Thierry, 1689. in folio, cui præfixa est ejusdem Vita.

Idem, reliquit quædam Opera imperfecta, & inter alia, Bibliothecam Scriptorum Provinciæ, (*la Provence*) & Historiam Virorum Illustrium istius Provinciæ.

Ejusdem, Dictionarium Historicum editum est non solùm in Galliâ, sed etiam apud Batavos, scilicet Trajecti, Lugduni-Batavorum & Amstelodami, annis 1681. 1692. 1694. & 1698.

LVDOVICVS MVNNOS *Madritensis*, edidit Hispanicè Vitas Caroli Borromæi, Madriti 1626. in 4. Ludovici Granatensis, 1645. in 4. Ibidem. & Gregorii Lopez, 1642. in 4.

LVDOVICVS NIEL, *La Vie d'Anne François de Beauvais Iesuite.* Parisiis, apud Cramoisy, 1682. in 12.

LVDOVICVS NOGAROLA, *Comes Veronensis*, Epistola ad Adamum Fumanum Canonicum Veronensem de Viris Illustribus genere Italis qui Græcè scripserunt. Extat apud Thomam Gale, in Opusculis Cantabrigiæ, ex Officinâ J. Hayet 1671. 8.

LVDOVICVS NOVOCORVS, Bibliotheca Librorum Novorum Trajecti ad Rhenum, apud Franciscum Halma & Gulielmum Van de Watter 1697, in 8.

LV-

LVDOVICVS d'ORLEANS *Parisinus*, in Libro inscripto, Novæ Cogitationes in Libros Annalium Cornelii Taciti, agit de Autoribus qui in Tacito habuerunt quod reprehenderent. Liber editus est Parisiis, sumptibus Thomæ Blasii, 1622. fol.

LVDOVICVS PONS de ICART, *Tarraconensis Iurisconsultus*, scripsit Hispanicè Historiam Archiepiscoporum Tarraconensium, quæ nondum edita est.

LVDOVICVS PRATÆVS, *Rhetorices Professor emeritus*, Vitæ Juvenalis & Persii, ejusdem Pratæi in Juvenalem Commentariis præfixæ. Parisiis, 1684. apud Fridericum Leonard, in 4.

LVDOVICVS REBOLLEDO, *Franciscanus Provinciæ Bæticæ*, scripsit Hispanicè de Viris Illustribus sui Ordinis. Hispali, 1598. & 1603. in folio.

LVDOVICVS de RIBERA, *Hortensis Monasterii Monachus Ordinis Cisterciensis*, scripsit Elogia Sanctorum quorum reliquiæ in Hortensi Cœnobio quiescunt. Car. de Visch. in Biblioth. Cisterc.

LVDOVICVS ROMETIVS *Abbatiæ Villensis Ecclesiæ Parisiensis Canonicus*, Elogium S. Bernardi, adjecit Panegyrico à se edito, Parisiis, 1608. in Theologiæ Candidatorum inauguratione.

LVDOVICVS de SANFLORENTE *Cordubensis*, Vita Attonis Pacensis, Episcopi Pistoriensis. Romæ, apud Stephanum Paulinum, 1613. in 4.

LVDOVICVS de TENA *Bæticus, Theologiæ Doctor Complutensis*, Isagoge in totam Scripturam, sive, de Sacræ Scripturæ existentiâ, quidditate, & qualitatibus, integritate textus Hebraici, & translationibus, de Singulorum Librorum Aûtoritate & Autoribus, idiomateque quo scripti sunt. Barcinone, 1620. in folio.

LVDOVICVS TORELLVS, *Bononiensis, S. Theologiæ Doctor Historiographus, Prædicator Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, Secoli Agostiniani, overo, Historia generale del Sagro Orden Eremitano del gran Doctor di S. Chiesa Aurelio Agostino, divisa in 13. Secoli. Opera posthuma.* Bononiæ, apud Jacobum Monti, 1686. in folio.

LVDOVICVS de TORRES *Archiepiscopus Montis Regalis S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecarius*, Vita Joannis Verzeræ Poëtæ

Poëtæ Clari nominis apud Hispanos, & Historia Romanorum Pontificum. Prosp. Mandos. in Bibliotheca Romana.

LUDOVICUS de VALDIVA, *Granatensis Iesuita*, scripsit Hispanicè de Viris Illustribus Societatis Jesu.

LUPUS SAGNAS *Escalonensis Iurisconsultus*, *Summa de la Vida del Seraphico Padre S. Francesco.* Canticis V. Toleti, 1587. in 8.

LUPUS, *cognomento* SERVATUS, Vita Wigberti, Abbatis Fritislavviensis. Eam cum Hincmari Epistolis vulgavit Joannes Busæus. Moguntiæ, 1602. in 4.

LUCIANUS *Samosatensis*, Demonactis Philosophi Vitam litteris prodidit etiamnum Superstitem. Edidit quoque Demosthenis Encomium, Dialogum de Sectis, de Moribus Philosophorum. Quidam Apollonii Tyanæi Pythagorici Vitam à Philostrato scriptam, Luciano adscribunt; quorum sententiam improbant Vossius de Histor. Græcis, & Jons. de Script. Hist. Philos. Lib. III. C. X.

LUTGERUS *Episcopus Monasteriensis*, De Svvidberti Vitâ, Elevatione, Miraculis, & Canonizatione ad Rixfridum Episcopum Trajectensem Epistola. Vide Joan. Moller. Isagoge ad Hist. Chers. Cimbr. part. 2. p. 25.

LUTGERUS, *Monachus Trajectinus*, Vita Gregorii Presbyteri Præceptoris sui, Ultrajectini Episcopi, quæ à Christophoro Brovero edita est, Moguntiæ, 1615.

LYCON, *Iasensis*, non solùm de Pythagora, sed etiam de Aristotele scripsit, secundum Ions. Lib. IV. Hist. Philos.

LYNCÆUS, *Samius*, scripsit Vitam Alexandri Poëtæ.

LYSANIAS *Cyrenaus*, scripsit de Poëtis Iambicis. Athenæus VII. 15. apud Ions. de Script. Hist. Phil. lib. 2. c. 2.

MAGISTER MARULLUS, Oratio de Vitâ Sancti Ambrosii. Extat Tomo 2. Orat. Phil. Melancht.

MAGNUS DANIEL OMEISIUS *Comes Palatinus*, *in Academiâ Altorfinâ Professor*, Gloria Academiæ Altorfinæ, sive, Orationum Fasciculus, Universitatis Noricę ortum, progressum, & cuncta memorabilia, omniumque Professorum, qui in quatuor facultatibus à primis eam ornarunt incunabulis, Vitas, Mortes, &

Scripta fideliter exhibens. Accessit Joannis Pauli Felvvingeri laudatio posthuma &c. Altorfii, typis & sumptibus Henrici Meyeri, 1683. in 4.

Ejusdem, Prolusiones Academicæ, quibus accessit Commentatio de Scriptoribus Epistolicis Latinis, & de legendis illis consilium. Ibidem, 1677.

Idem, in Ethicâ Pythagoricâ à se vulgata, 1693. in 8. ibidem, enumerat Autores qui de Personâ, scriptis & disciplinâ Pythagoræ scripserunt.

Idem, in Prolegomenis Ethicæ Platonis, ibidem, 1696. in 8. editæ, de Platonis Vitâ, Operibus, Stylo, atque Morte quædam notavit.

MAGNUS FELIX ENNODIUS, *Ligur Episcopus Ticinensis*, Vita Epiphanii Episcopi Ticinensis, inter ejus Opera Tornaci, 1610. 8. & Parisiis, 1611. 8.

MAGNUS HASENTHALERVS, Thomæ Lansii Cineres, seu, Oratio de Vitâ ejus, beatóque excessu. Tubingæ, 1657. in 4.

M. A. HERSAN, *Regius Eloquentiæ Professor*, Oratio in recenti Funere Michaëlis Tellerii Galliarum Cancellarii. Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1686.

MALAGONELLI *Abbas Italus*, Oratio funebris in Obitum Christinæ Reginæ Succiæ. Extat in Volumine Orationum ejusdem Abbatis. Romæ, 1695. in 12. editarum.

MARCELLUS MALPIGHIUS, *Philosophus & Medicus Bononiensis è Societate Regia Londinensi*, contexuit Vitam suam, quæ præfigitur ejus Operibus posthumis, Londini 1697. in folio, & Amstelodami apud Georgium Galet, in 4. 1698. editis.

MARCELLUS PIGNATELLUS *Romanus Clericus Regularis Theatinus, electus Episcopus Æsinus*, edidit Italicè Discursum de Laudibus Pauli V. Prosp. Mandos. Bibliot. Romana.

MARCHETTY, *La Vie de Monsieur de Chasteuil, Solitaire du Mont Liban*. Parisiis, 1666. in 12.

MARCUS, *Ordinis Benedictini Monachus*, scripsit Vitam S. Benedicti editam à Prospero Martinengo, Romæ, 1590.

MARCUS ANTONIUS ALEGRE *de Cassanate Arragonius, Ordinis Carmelitani*, edidit Hispanicè Elogium S. Prudentii,

dentii, Episcopi Tarraconensis, & Catalogum Episcoporum ejusdem Urbis. Cæsaraugustæ, 1626. apud Petrum Vergesium.

MARCUS ANTONIUS CIAPPI, *Compendio delle attioni e Santa Vita di Gregorio XIII. In Roma presso Acolti*, 1694. 4.

MARCUS MUSURUS *Cretensis*, Aristophanis Vitam Græcè descriptam præmisit ejus Comœdiis, Basileæ, ex Officinâ Frobeniana, 1547. in folio.

MARCUS TERENTIUS VARRO egit de Poëtis, ut constat è Cicerone in Bruto. Scripsit etiam de Bibliothecis.

Idem, Imagines Doctorum eorumque Elogia singulari Opere tradidit. Vide Voss. lib. 1. de Hist. Lat. c. 12. & Jons. de Script. Hist. Phil. lib. 3. c.1.

MARCUS VULSONIUS *de la Columbiere*, *Les Portraits des Hommes Illustres François qui sont peints dans la Gallerie du Palais du Cardinal de Richelieu, avec leurs principales actions, armes, devises, & Eloges Latins, desseignez & gravez par Heince & Bignon, Peintres & Graveurs du Roy, & les Abregez Historiques de leurs Vies.* Parisiis, apud Henricum Sara, 1650. in folio.

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS in Historia Universali sacra & profana à se vulgatâ, Francofurti & Lipsiæ, apud Joannem Henricum Ellingerum, 1674. in 4. Vitas Erasmi, Lutheri, Calvini & Lælii Socini descripsit.

Ejusdem, Oratio funebris in Obitum Adriani Falcoburgii, Medici, & Anatomici. Habetur inter ejusdem Boxhornii Orationes, Lugduni-Batavorum, 1651. apud Joannem Janssonium in 12. editas.

MARIA MAGDALENA *Lusitana Ordinis Minorum Monialis*, edidit Hispanicè Vitam Sancti Joannis Evangelistæ, Olysippone, 1628. in 8.

MARIUS *Cassinensis*, scripsit Versibus heroicis Vitam S. Benedicti.

MARIUS de ALTERIIS *Canonicus Vaticanus*, Catalogus Historicorum, & aliorum diversi generis Scriptorum, qui Manuscriptus asservatur in Bibliotheca Alteria, teste Prospero Mandosio in Bibl. Rom.

MARIUS CLEMENS BARATTA, *Taurinensis Jesuita*, edidit Italicè, tacito suo nomine, Vitas Fratrum Coad-

juratorum temporalium Societatis Jesu. Taurini, apud Joannem Jacobum Rustis, 1664. in 4.

MARIVS GREGORIVS *Venetus*, *Ordinis Servitarum*, *Philosophus & Theologus*, Carmine Hexametro Vitam panxit Philippi Bencii Florentini.

MARIVS VIPERA *Romanus*, scripsit de Episcopis & Archiepiscopis Beneventanis teste Prosp. Mandosio in Bibl. Rom.

MARSILIVS FICINVS, *Florentinus*, in Linguam Latinam convertit Plotini Vitam à Porphyrio scriptam. Extat in limine Operum Plotini, Basileæ, apud Pemeam Lecythum 1580. impressorum.

MARSOLIER, *Canonicus Uticensis*, & *Academicus Nemausensis*, *Histoire du Ministère du Cardinal Ximenez*, *Archevêque de Tolède*, & *Regent d'Espagne*. Tolosæ, apud Gulielmum & Ludovicum Colomiez. J. Posuel, M. Fouchac, & G. Bely, 1694. in 12.

MARTELLVS, *Secretarius Academiæ Tolosanæ*, molitur Vitas Illustrium Virorum qui Tolosæ floruerunt. V. Stephan. Chauvin in Ephemer. eruditor. Berolin. Mens. Jul. & Aug. 1696.

MARTINVS *Abbas Lafarina*, *Philippi IV. Regis Hispaniæ à Domesticis Sacris & Consiliis*, confecit Indicem Bibliothecæ Scoriacæ quem Paulus Colomesius in Bibl. Orient. p. 264. asserit fuisse in Bibliothecâ Isaaci Vossii.

MARTINVS à BALDHOVEN, Catalogum Virginum & Fœminarum doctarum adjecit Libro, cui titulus, Parthenicon Elisabethæ Joannæ Westoniæ, Poetriæ, Pragę, 8.

MARTINVS BRASCHIVS, *in Academiâ Rostochiensi Logices Professor*, Oratio de Vita Henrici Camerarii Jurisconsulti in eadem Academiâ Professoris. Rostochii 1601. in 4.

MARTINVS CHEMNITIVS, Locis suis Theologicis præmisit Præfationem prolixam de Patribus, eorumque lectione, in quâ sunt multa notatu digna.

MARTINVS CHRISTOPHORVS *Turonensis Iesuita*, Vita Francisci Xaverii, Gallicè ex Latino Tursellini. Duaci, 1608.

MARTINVS CORNEJO *Madritensis Augustinianus*, *Cifras de la Vida de S. Augustin, y del Origen y Fondacion de los Eremitanos de la Religion.* Madriti, 1622. 8.

MAR-

MARTINUS CROMERUS *Episcopus VVarmiensis*, Vitam Philippi Callimachi Experientis Florentini descripsit Libro tertio Rerum Polonicarum.

MARTINUS DIEFENBACHIUS, *Francofurti ad Mœnum, Verbi Dei Minister*, Libro inscripto, Judæus convertendus, Francofurti, apud Fridericum Knochium, 1696. in 4. edito, inseruit Catalogum Autorum qui Methodum Judæos convertendi tradiderunt.

MARTINUS FOGELIUS, *Hamburgensis Gymnasii Professor*, in lucem edere meditabatur Historiam Mathematicam, Historiam Philologicam, Historiam Philosophicam, cujus pars est Historia Lyncea à nemine hactenus edita, quæ duobus constat Voluminibus, primùm continet Historiam generalem, secundò, Historiam cujuslibet Lyncei, Opus elegans & curiosum Judice Morossio (in Polyhist. lib. 1. c. 18.) qui texuit Catalogum Scriptorum quos idem Fogelius parabat.

Ejusdem, Historia Vitæ ac Mortis Joachimi Jungii Mathematici cum Monumento & Epicedio honori ejus dicatis, à Michaele Kirstenio. Argentorati, 1658. in 4. Catalogus Bibliothecæ Martini Fogelii prodiit Hamburgi 1678. Typis Rebenlinianis, in 8.

MARTINUS FOSSIUS, Oratio in obitum Eminentissimi Viri Joannis Svaningii, Ripensis, Præpositi Samoensis. Hafniæ, 1668. in 4.

MARTINUS FRECHTUS *Suevus, Heidelbergæ Theologiæ Professor*, descripsit Vitas S. Augustini, S. Trudonis, S. Tiberii, S. Eucheri, & Hadriani VI. Pontificis Maximi.

MARTINUS FRIDERICUS SEIDEL, *Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici Consiliarius*, Icones & Elogia Virorum aliquot præstantium, qui multum studiis suis consiliisque Marchiam illustrarunt, folio.

MARTINUS GEJERUS, *Concionator Saxonico Electoralis Primarius*, Elogium Matthiæ Hoë ab Hoeneck, Electoris Saxoniæ à Concionibus, præmissum ejus in Apocalypsin Commentario, Lipsiæ, & Francofurti, 1671. fol. edito.

MARTINUS HANCKIUS *in Gymnasio Vratislaviensi Professor*, De Romanarum Rerum Scriptoribus Liber Secundus, Autorum qui de Romanis, aliorumque Populorum, tam Civilibus,

quàm Ecclesiasticis Rebus nobis monumenta reliquerunt Vitas, Scripta, de Scriptis judicia, distinctiorem in modum exhibet. Posterior illos centum de quibus liber primus agit additamentis pleniùs illustrat.

Ejusdem, de Byzantinis Scriptoribus Liber, Autorum quinquaginta qui de Constantinopolitanis, aliisque tam Civilibus quàm Ecclesiasticis Antiquitatibus monumenta nobis reliquerunt Vitas, Scripta, de Scriptis judicia distinctiorem in modum recenset. Ibidem, 1677. in 4.

Idem, edidit Librum de Scriptoribus Silesiis, in 4.

MARTINUS HAYNECCIUS, Vita Terentii ex diversis Autoribus collecta. Extat in limine ejus Comœdiarum, Lipsiæ, sumptibus Gothofredi Grossii 1632. in 8.

MARTINUS HEIDENREICH, *Leisnerus P. L. C. & Ecclesiæ Talheimensis Pastor*, Petrus Appianus Mathematicorum sui Sæculi Princeps, quasi modo genitus, seu, Vita Petri Apiani, ex probatæ fidei monumentis & Codicibus Manuscriptis eruta, Lipsiæ, impensis Christophori Wolfart in 8.

Ejusdem, Vita Bennonis ex probatæ fidei monumentis eruta, Dresdæ & Lipsiæ impensis Christiani Kekelii 1694. in 8.

MARTINUS HOLMERUS, *Slesvicensis Parochus*, edidit Slesvigæ, 1629. in 4. Sermonem de Templi Husensis incendio 27. Aprilis 1669. exorto, Linguâ Vernaculâ. Hujus Sermonis Prolegomena exhibent recensum Ministrorum Lutheranorum illius Templi. J. Moller. Isag. ad Hist. Chers. Cimbr.

MARTINUS KEMPIUS, *Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici Consiliarius*, Bibliotheca Anglorum Theologica, in quâ præstantissimorum hujus Nationis Theologorum, qui integro currente Sæculo ad præsens usque floruerunt, partim etiam adhuc florent, Scripta cuivis parti Theologicæ adaptata recensentur, & pro valore commendantur: Nonnulla item de statu Ecclesiæ Anglicanæ proponuntur in gratiam φιλοβρίζωνων collecta, atque tribus libris digesta; Cum Appendice de Societate Regiâ Londinensi. Regiomonti, 1677. in 4.

Ejusdem, Dissertationes Philologicæ de Osculis; Accedunt in calce Operis Epiphyllides Patristicæ, de Judæ proditoris ingenio, vita, ac fine. Ibidem, in 8.

MAR-

MARTINUS LIPENIUS, Bibliotheca Realis Theologica omnium Materiarum, Rerum, Articulorum in Universo S. S. Theologiæ studio occurrentium, Ordine Alphabetico sic disposita, ut primo statim aspectu tituli, ac sub titulis Auctores justâ velut acie collocati in oculos pariter & animos Lectoris incurrant, in duos Tomos divisa. Accedit Index Autorum copiosus. Francofurti ad Mœnum, sumptibus Joannis Friderici, Litteris Joannis Gorlin, 1690. in folio.

Ejusdem, Bibliotheca realis Juridica. Ibidem, 1679. in folio, & Bibliotheca realis Philosophica, 1682. in folio.

MARTINUS MEURISSE, *Episcopus Madaurensis, Histoire des Evêques de Mets. A Mets, par Iean Antoine*, 1634. fol.

MARTINUS MYLIUS *Collega docentium in Schola Gorlicensi*, edidit Chronologiam Scriptorum Philippi Melanchtonis. Gorlicii, Typis Ambrosii Fritschii 1582. 8. Epistola huic Libro, præfixa continet Elogium Melanchtonis & ejus Scriptorum.

MARTINUS de NAXA, *Cæsaraugustanus Iesuita*, edidit Linguâ Hispanicâ Vitam Venerabilis Doctoris Francisci Garciæ de la Sierra. Cæsaraugustæ, 1654. in 4.

MARTINUS SCHOOCKIUS, *Lugduni Batavorum, deinde Francofurti ad Oderam Logicæ & Physicæ Professor*, Oratio funebris in Obitum Joannis Borgesii, Groningæ Mathemat. & Medic. Professoris.

MARTINUS SIBENIUS *Dalemensis, in Ducatu Iuliacensi Iesuita*, Vita P. Joannis Francisci Regis. Coloniæ, apud Busæum, 1666. & 1667. in 12.

MARTINUS SIMON, *Brandenburgicus*, Oratio continens Historiam Vitæ Joannis Capnionis Phorcensis. Habetur Tomo 3. Orat. Phil. Melanchtonis.

MARTINUS SYLVESTER GRABA *Theologiæ Doctor, & Historiarum in Academiâ Regiomontanâ Professor, nec non Electoralis Bibliothecarius*, composuit Tabulas Synopticas Monarchiarum IV. Regnorumque Parallelorum quindecim, Rostochii 1672. impressas, in quibus plures rariores Libros enumerat & commendat Lectoribus.

MARTINUS de WYBINGA *Antecessor ordinarius in Academiâ Franekeranâ*, Laudatio funebris post exequias, in Templo

plo Academico, in honorem ac memoriam Pierii Wensfemii Jurisconsulti ordinarii, Frisiæ Historiographi, & Eloquentiæ Professoris. Levvardiæ, excudebat Claudius Pontanus, 1645.

MARTINUS de XIMENES, *natus in Oppido Villanueva de Anduxar, Diœceseos Giennensis, Catalogo de los Obispos de las Iglesias, de la Diocesis de Ioën, y Annales Ecclesiasticos de su Obispado.* Madriti, apud Dominicum Garsiam, 1654. in folio. Promiserat Catalogum alterum Virorum pietate & litteris Illustrium ejusdem Diœcesis.

MARTINVS ZEIDLERUS, *Gymnasii Vlmensis Visitator*, Index Historicus Sanctorum, Martyrum & Ecclesiæ Doctorum.

Ejusdem, Historicorum, Chronologorum & Geographorum pars III. & ultima, in qua non solùm perquam multi qui in præcedentibus duabus partibus, earumque Appendice, non habentur, recensentur; sed etiam illi omnes quorum ibi fit mentio, ordinis gratia, præsertim cùm in diversis Indicibus sint quærendi, breviter repetuntur, ac plurimi etiam eorum annotationibus, aliis ex Autoribus desumptis illustrantur; Cum duplici Indice, uno generali Auctorum, altero speciali eorum qui de Historiâ in genere, Universalem Historiam, Chronologias & Chronica; Item de Rebus Ecclesiasticis Variarum Gentium, & similibus scripserunt, ac Vitas Sanctorum, aliarum Illustrium & Celebrium Personarum ediderunt. Ulmæ, 1657. 8. Ad M. Zeidleri Catalogum Historicorum, Chronolog. & Geograph. Mantissa, seu, Omissorum Libellus. Ibid. 1660. 8.

MATERNUS CHOLINUS, De Academiis Orbis Christiani. Coloniæ, 1572.

MATTHÆUS ALEMAN, *Hispalensis*, Encomium S. Antonii de Padua, Latinis Versibus, Valentiæ 1608. in 8.

Idem, scripsit Hispanicè Vitam Gusmanni de Alfarache. Madriti, 1599. & alibi. Hanc Italicè edidit à se conversam Bansus Banzi Cremonensis 1615. in 8. 1616. in 12. Gallicè prodiit, Parisiis, 1626. Rhotomagi, 1646. & 1696.

MATTHÆUS CAMARIOTA, Encomium in tres Hierarchas Basilium, Georgium, & Chrysostomum, quod in Bibliotheca Gallicâ Fontis Bellaquei asservari refert Possevinus.

MAT-

MATTHÆUS DRESSERUS, *Erphordiensis, in Academiâ Lipsiensi Græca Lingua Professor*, Oratio de Obitu Joachimi Camerarii, Medici Norimbergensis, utriusque Linguæ in eâdem Academiâ Professoris. Lipsiæ, excudebat Joannes Rhomba, 1574. in 4.

Idem, scripsit Vitam Georgii Fabricii Chemnicensis. Habetur in Libro secundo Rhetoricæ ab eodem Dressero compositæ.

MATTHÆUS ESENWIN in Præfatione Horologii Wilhelmi Schickardi Tubingæ 1663. in 8. editi, pollicitus est novam Editionem Operum Philosophorum ejusdem Schickardi, in quatuor Tomos digestum, cujus Tomus tertius, inter alia continebit Nomenclatorem Rabbinorum Historicum.

MATTHÆUS GALENUS *VVestcapellus Zelandus, Duaci, Theologiæ Professor*, scripsit Vitam Willibrodi Ripona-Northumbri Frisiæ Archiepiscopi, primi atque ultimi, namque Successores ejus Episcopi fuerunt.

Idem, edidit Orationes in Bartholomæum Kleindorst, & in Tobiam Gastium. Dilingæ, 1560.

MATTHÆUS HENRICUS BURCHARDUS, De Vitâ & Scriptis Danielis Georgii Moroffii. Lubecæ, sumptibus Petri Bocmanni, 1695. in 4.

MATTHÆUS HOSTIUS, Narratio de Vitâ, Studiis, &c. Jodoci Willichii, Francofurti ad Oderam Medicinæ Professoris. Francofurti ad Oderam, 1607. in 4.

MATTHÆUS PARIS, *Monachus Albanensis*, Vitæ viginti trium Abbatum Sancti Albani, adjectæ ejus Historiæ.

MATTHÆUS PINEDO, *Hispanus Minorita*, edidit Hispanicè Vitam Francisci de Paula, Madriti, 1651. in 8.

MATTHÆUS PRÆTORIUS, *Præpositus VVacheropolitanus, Historiographus ac Secretarius Regis Poloniæ*. In Prolegomenis Orbis Gothici, à se Typis Monasterii Olivensis, 1688. editi, Veteres Rerum Gothicarum Scriptores recenset §. 1. de recentioribus præcipuis Rerum Gothicarum Scriptoribus disserit §. 2.

MATTHÆVS WESENBECIVS *Ienæ & VVittebergæ Iurisprudentiæ Professor*, Exempla Jurisprudentiæ. Lipsiæ, 1584. in 8. Georgius Defnerus imprimebat. Ibi extat Historia Vitæ Simonis Pistoni J. U. D. & Lipsiæ Professoris, deinde Cancellarii

Saxoniæ; Gabrielis Mudæi, J. U. D. & Professoris Lovaniensis; Francisci Burckardi Vinatiensis, Saxoniæ Cancellarii; Antonii Strabii, Equitis Aurati, Consulis Antuerpiani; Joannis Corasii J. U. D. Professoris Regii, Tolosæ Consiliarii, ac Cancellarii Navariensis.

Idem, agit de Libris Juris in Prolegomenis Jurisprudentiæ 1584. Ibid in 8. In eo Libro extat etiam Catalogus ejus Operum.

MATTHÆUS WITLICHIUS *Professor Coloniensis*, Oratio de S. Ruperto Abbate Tuitiensi ex ipsius Scriptis conscripta. Extat initio Operum ejusdem Ruperti. Coloniæ, 1572. 8.

MATTHIAS BARTELUS, Biblionomia Historico-Politico-Geographica, continens secundum seriem Alphabeti omnium ferè Auctorum nomina qui de Imperiis, Regnis, Rebusq; publicis, Insulis, Urbibus, Montibus, fluminibusque scripserunt. Venetiis, 1682. in 12.

MATTHIAS BERNEGGERUS, *Halstadio-Austriacus, Argentorati Historiarum Professor*, Petri Storchii Scholarchæ Academiæ Argentinensis Vita. Argentinæ, apud Wilhelmum Christianum Glaserum, 1628. in 4.

MATTHIAS FERCHIUS *Vegliensis*, Metaphysicam Philippi Fabri Faventini, Ordinis S. Francisci, Peravii Metaphysicæ & Theologiæ Professoris publicavit, adjuncta ejus Vita.

MATTHIAS FLACCIUS *Illyricus*, Oratio funebris in Obitum Joannis Sichardi. Tubingæ 1557.

MATTHIAS HAFFENRENFFERUS; *Theologiæ Doctor, & Professor, Academiæ Tubingensis Cancellarius & Præpositus*, Oratio funebris in Obitum Joannis Georgii Sigvvarti, Theologi Tubingæ, 1619. in 4.

MATTHIAS HOE ab HOENECK, *Electoris Saxoniæ à Concionibus*, Oratio de Martino Luthero, publicis & clancularriis ejus Mastigibus opposita. Mulhusii, 1604.

Ejusdem, decem Conciones de Megalandro Luthero. Germanicè.

MATTHIAS JANUS, *Episcopus Scanensis*, Oratio funebris in Obitum Christiani Frisii de Borreby Cancellarii. Hafniæ, 1617. 4

MATTHIAS PASOR *Herbornensis, Groningæ Theologiæ Professor*,

Professor, filius Georgii, scripsit Diarium Vitæ suæ in eadem Urbe 1658. in 4. editum.

MATTHIAS ZIMMERMANNUS, *Sanctæ Theologiæ Doctor, Pastor & Superintendens, Misnensis*, Florilegium Philologico-Historicum, aliquot Myriadum titulorum, cum optimis Auctoribus qui de quâvis materiâ scripserunt, adhibita re nummariâ & gemmariâ, cum Diatribâ de eruditione eleganti comparanda. Dresdæ, apud Michaelem Gunthier 1687. in 4.

MATTHIAS ZOEGA, Oratio funebris in Obitum Joannis Ludovici Trostii. Wittebergæ, 163·. in 8.

MAURICIUS HELINGUS, Oratio in funere Valentini Erythræi Rectoris novæ Scholæ Aldorfianæ. Extat in Introductione Novæ Scholæ Aldorfianæ; Noribergæ, 1576. in 8.

MAURUS MARCHESIUS, *Casinensis Decanus*, Dissertatio Historica de Sancto Brunone Aglensi, Signiensium Episcopo, & Abbate Montis Cassini, atque ab eo conscriptis libris, præmissa ejus Operibus curâ & studio ejusdem Marchesii. Venetiis 1651. in folio editis.

MAXIMILIANUS AUSTRIACUS, *Imperator*, scripsit Commentarios de suis gestis, teste Theodor. à Niem.

MAXIMILIANUS REICHENBERGERUS, *Pragensis Iesuita*, Pánegyris de S. Thoma de Villanova, Pragæ, Typis Academicis, 1659.

MAXIMUS *Ægiensis*, Apollonii Tyanæi Res gestas quatuor Libris prosecutus est, quorum meminit Philostratus, in Vita Apollonii.

MELCHIOR ADAM *Silesius*, edidit Orationem in funere Marsilii ab Inghem, primi Rectoris Academiæ Heidelbergensis A. C. 1395. habitam à Nicolao Provvin. Heidelbergæ, 1612.

MELCHIOR HANEL *Moravus Iesuita*, Vita Francisci Cajetani Latinè reddita ex Italico Alfonsi Cajetani. Pragæ, typis Academicis, 1668. in 12.

MELCHIOR JUNIUS, *VVittebergensis, Eloquentiæ in Academiâ Argentinensi Professor*, Oratio de Laudibus Sebaldi Harenreuteri Medicinæ Doctoris, & Reipublicæ Argentinensis Physici. Extat Tom. II. Orationum Argentoratensium, sumptibus Lazari Zetzneri 1606. in 8. editarum.

Idem, Erasmi Marbachii Junioris Vitam descripsit.

MELCHIOR LAUBMANNUS, Oratio parentalis Georgii Thilonis à Thilovv Ducum Lignicienſium & Bregenſium Conſiliarii 1604. Lignicii, Typis Nicolai Sartorii in 4.

MELCHIOR LEIDECKERUS, De Hiſtoria Janſeniſmi Libri ſex, quibus de Cornelii Janſſenii Vita, & Morte, nec non de ipſius & ſequacium Dogmatibus diſſeritur. Trajecti ad Rhenum, apud Franciſcum Halma, 1695. in 8.

MELCHIOR NEOFANIUS, *Paſtor Petrinus Brunſvvicenſis*, Catalogus & Hiſtoria Concionatorum qui à repurgatione Doctrinæ Evangelii in Eccleſiâ Brunſvvicenſi docuerunt, vel ibidem Vitam cum Morte commutarunt, vel ad alia loca vocati inde deceſſerunt, ad annum 1582. deductus, &c. Hamburgæ excudebat Jacobus Wolf. 8.

Idem, edidit Epicedion in obitum Eberhardi ab Holle Epiſcopi Lubecenſis Elegiacum, Catalogum & Hiſtoriam omnium Epiſcoporum Lubecenſium continens. Serveſtæ, 1586. in 4.

Ejuſdem, Catalogus Epiſcoporum Halberſtadienſium, Ibidem, excudebat Bonaventura Faber, 1586. in 4.

MELCHIOR SEBITZIUS, *Argentinæ Medicinæ Profeſſor*, edidit Catalogum Profeſſorum Argentinenſium.

MELCHIOR ZEIDLERUS *in Academiâ Regiomontana Sanctæ Theologiæ Profeſſor*, Animadverſiones & Notæ in Scrutatorem Veritatis, &c. Præmittitur huic Operi Authoris Vita & Scriptorum ab ipſo editorum & in poſterum edendorum Catalogus. Helmſtadii, ſumptibus Georgii Wolfgangi Hammii 1689. 4.

MELCHISEDECH THEVENOT, Bibliotheca Thevenotiana, ſive Catalogus im reſſorum & Manuſcriptorum Librorum Bibliothecæ Viri Clariſſimi D. Melchiſedeci Thevenot. Pariſiis, apud Florentium & Petrum de Laune, 1694. in 12.

MEGACLIDES, De Homeri ætate, genere, & poëſi ſcripſiſſe dicitur, Vide Jonſ. de Scripr. Hiſt. Phil. lib. 4.

MENODOTUS Timonis Præceptoris Vitam & Hiſtoriam ſcripſiſſe creditur. Idem, ibidem.

MERCURIUS MORSHEIMIUS, De Vita Cl. Ptolomæi. Baſileæ, 1559. in 8.

METHRODORVS *Athenienſis*, *Epicuri Diſcipulus*, ſcripſit Librum de Poëtis.

MI-

MICHAEL *Monachus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter, ac Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani Syncellus*, Encomium ejusdem Ignatii, quod mutilum extat Græcè & Latinè à Radero editum in Actis Concilii VIII. Ingolstadii 1604. in 4.

MICHAEL ALFONSUS de CARRANZA, *Hispanus Valentinus Carmelita*, Vita S. Ildefonsi Archiepiscopi Toletani, in principio ejus Libri de illibatâ B. Mariæ Virginitate. Valentiæ, 1536. apud Viduam Joannis May, 8.

MICHAEL ANGELUS de LAPIS, *Romanus*, scripsit Vitam Torribil Alfonsi Morgrovii Archiepiscopi Civitatis Regum in India.

MICHAEL ANTONIUS BAUDRAND, *Parisiensis*, antiquos & recentes Geographos enumerat in sua Geographia, Parisiis, 1682. apud Stephanum Michalet, II. Volum. in folio edita.

MICHAEL BARTHOLOMÆUS SALON, *Hispanus. Valentinus, Eremita, Libro de la Vida Santa, y milagros del Illustr. & Reverend. Sennor D. Fr. Thomaso de Villanova, Arcobispo de Valencia de la Orden de S. Augustin &c.* Valentiæ, 1620. 4.

MICHAEL BEUTHERUS, in Præfatione Operum Joannis Sleidani, in Linguam Germanicam conversorum, ejus Vitam descripsit.

MICHAEL BUCCHINGERUS, Historia Ecclesiastica, quâ res gestæ in Ecclesia, Romanorumque Pontificum à B. Petro, usque ad Paulum IV. Vitæ describuntur. Moguntiæ, apud Franciscum Bohem, 1560. fol.

MICHAEL CARRARIENSIS *Filius Guidonis*, descripsit Vitam Guidonis Patris sui, insignis Philosophi & Medici.

MICHAEL CLUVERUS, edidit Vitam Joannis Cluveri Superintendentis Dithmarsensis.

MICHAEL de CRUCE, *Monachus Congregationis Ordinis S. Ioannis Baptistæ, Regni Portugalliæ*, scripsit de Viris Illustribus suæ Congregationis, Hispanicè.

MICHAEL de los DIES, edidit Hispanicè Vitam Sancti Ignatii Loyolæ. Madriti, 1619. in 8.

MICHAEL DILHERUS, *Theologus Norimbergensis Primarius, & in Gymnasio Professor,* Satyræ Persii, cum ejus Vita, & Dissertatio de Satyra. 12

MICHAEL FAYUS, *Baccalaureus Theologiæ, & P. Ecclesiæ de Putangelis*, Vita Marci Manilii præfixa ejus Astronomico, ab eodem Fayo, Notis & Interpretatione illustrato. Parisiis, apud Fridericum Leonard, 1679. in 4.

MICHAEL FERNUS, descripsit Vitam Joannis Antonii Campani Episcopi Interamnensis & Aprutini, quæ præmissa est ejusdem Campani Operibus, Venetiis, in folio editis.

MICHAEL HAMPELIUS, De Vita & Obitu Georgii Fabricii. Lipsiæ, 1584. in 4.

MICHAEL HAVELMANNUS Methodus diu multumque hactenus desiderata, cujus adminicula ad fundamentalem Linguarum atque Rerum utilissimam cognitionem, solidamque eruditionem tuto ac jucundè, perveniri potest. Hamburgi, sumptibus Christiani Guthii 1673. In eo Libro laudantur Autores qui in singulis scientiis excelluerunt.

MICHAEL HERTZIUS, Bibliotheca Germanica, sive, Notitia Scriptorum Rerum Germanicarum, quatuor partibus absoluta; Quarum prima eos complectitur Autores qui de Germaniâ Veteri & Recentiore &c. Item de Religione, Episcopatibus, Viris Doctis, Bibliothecariis scripserunt: Secunda, Autores illos recenset, qui res gestas potissimùm in Germaniâ, partim à condito Orbe, partim verò à Redempto, ad nostra usque tempora litterarum monumentis consignarunt; Tertio, Imperatorum Romanorum Germanorum à Carolo Magno ad Leopoldum hodie imperantem, brevem Historiam, Scriptoresque eos qui de Vitâ & Rebus gestis eorum aliquid sunt commentati, explicat; Quarta, eos sistit Autores, qui de singulis Germaniæ Provinciis, in publicum aliquid prodiderunt. Erfurti, 1679. in folio.

Ejusdem, Germania Gloriosa, seu, Bibliothecæ Germanicæ Editionis repetita Sciagraphia, Operi ampliori præmissa. Lipsiæ, typis Joannis Christophori Brandeburgeri, 1693.

MICHAEL JOANNES VIMBODINUS, *Hispanus Valentinus Canonicus Complutensis*, Vita S. Thomæ de Villanova. Valentiæ, 1619. typis Patricii Mez, 1619. in 4.

MICHAEL JULIANUS, *Hispanus Valentinus Iesuita*, Narratio de Vitâ & Morte Alfonsi Rodriguez, Coadjutoris Societatis Jesu.

MICHAEL KIRSTENIVS, Laudatio funebris Joannis Stemanni Archiepiscopi Hamburgensis. Hafniæ, 1676. fol.

MICHAEL de MAROLLES, *Abbas de Villeloin*, adornavit Vitas plusquam quinquaginta Virorum doctrinâ illustrium, quæ non editæ sunt. Vide *Memoires de Marolles* p. 197.

Idem, edidit Librum in 4. hoc titulo, *Les Noms de ceux qui m'ont donné de leurs Livres, ou qui m'ont honoré extraordinairement de leur civilité.*

MICHEL MARTINEZ de VILLAR, *Arragonius, I.V.D.* scripsit Librum de Viris Illustribus Urbis Bilbilis, sive, Catalajud. Cæsaraugustæ, typis Laurentii de Robles, 1598. 4.

MICHAEL MEISTERVS, Oratio in Obitum Philippi Melanchtonis. Gorlicii, 1581. in 8.

MICHAEL NEANDER *Soraviensis*, *Scholæ Elfeldensis Rector*, promisit Pandectas Variorum Autorum & Scriptorum, Vide Moroff. in Polyhist. lib. 1. c. 18. p. 201.

Idem, Catalogum suorum Operum contexuit. Extat in Libro Erotematum Linguæ Græcæ, Basileæ, apud Joannem Oporinum, in 8. excuso.

MICHAEL de SAN ROMAN *Hispanus Placentinus Iesuita*, Oratio Panegyrica, quam habuit in funere Ludovici de Ponte è Societate Jesu. Hispanicè. Vallesoleti, apud Viduam Francisci de Corduba, 1624. in 4.

MICHAEL TEVBERVS, Oratio de Vita Hieronimi Schurfii, J. U. D. Habetur Tomo 3. Orationum Philippi Melanchtonis.

MICHAEL WALTERVS, *Superintendens Brunsvvicensis*, Oratio Parentalis in exequiis Salomonis Glassii Superintendentis Gothani. Norimbergæ, 1637. 4.

Ejusdem, Officina Biblica in quâ agitur de S. Scripturâ in genere, & in specie de Libris ejus Canonicis, Apocryphis, deperditis, & spuriis, Lipsiæ, 1636. Wittebergæ, apud Hæredes Wilhelmi Fincelii, 1668. in 4.

MICHAEL ZIEGLERUS, *Medicinæ Doctor, & Physicæ in Academiâ Tubingensi Professor*, Oratio Parentalis in funere Georgii Liebleri in eâdem Academiâ Physicæ & Rhetoricæ Professoris.

MILO, seu MILESIVS WINDSOR, *Anglus, Socius Academiæ Oxoniensis*, Academiarum quæ aliquando fuere, & hodie sunt in Europa Catalogus, & enumeratio brevis. Londini 1590.

MIRCONDI, sive EMIR CHOAND PERSCI, Historiarum Tomi Duo, quorum Prior continet Res gestas à condito Mundo, & Vitas omnium Prophetarum ac Philosophorum Illustrium Græcorum; Item, Vitas Regum Persarum Antiquorum, ad Muhammedem usque: Posterior, complectitur Vitas Muhammedis, Ebuacher, Omar, & Othman, uti & Ali copiosissimè, Manuscripta Persicè extat in Bibliothecâ Vindebonensi.

MOERAGENES Apollonii Tyanæi Res gestas quatuor Libris est prosecutus, quorum meminit Philostratus, Vita Apollonii, sed negligentiæ eum arguit. Jons. de Hist. Phil. Script.

MOSES AMIRALDVS *Verbi Dei Minister, & in Academiâ Salmuriensi Theologiæ Professor, La Vie de François de la Nouë*, Lugduni-Batavorum, apud Joannem Elzevier, 1661. in 4.

MVHAMED *ben* ISAAC *Arabs*, In Libro de Secta Manichæorum agit de Manete, & de ejus Libris, & Manichæorum. Manuscriptum habuit Joan. Henric. Hottingerus.

MVTIVS PHÆBENIVS Historia Marsorum, Una cum Eorundem Episcoporum Catalogo. Neapoli, 1678. in 4.

MVTIVS SFORTIA, Poëma de Actionibus Clementis VIII. Romæ, 1593.

NAGOLDVS, sive NALGODVS *Monachus Cluniacensis*, scripsit Vitam Oddonis Abbatis Cluniacensis.

NEANTHES *Cyzicenus*, scripsit Librum de Viris Illustribus, & Historiam Pythagoricam. Jons. de Script. Histor. Phil. lib. 2. c. IV.

NEAPOLITANÆ Scholæ apud NEMETES Rector, Oratio in Obitum Zachariæ Ursini Theologiæ Professoris in eâdem Scholâ. Neapoli Nemetum, excudebat Matthæus Harnisch, 158:. in 4.

NEUVILLE, *Oraison funebre de Monsieur le Cardinal du Perron*. Parisiis, 1618.

NICAGORAS *Atheniensis Sophista*, composuit Vitas Virorum illustrium.

NICAN-

NICANDER *Alexandrinus*, vulgavit Librum, teste Suidâ, De Aristotelis Discipulis, quorum vide nomina apud Jonsium De Script. Hist. Phil. Lib. IV. p. 339.

NICASIVS BAXIVS, *Antuerpiensis, Ordinis S. Augustini Eremita*, Vitam S. Schaguntini Ordinis S. Augustini ex Gallico Georgii Maigret, Latinè reddidit. Antuerpiæ, 1625. in 8.

NICEPHORVS *Philosophus & Orator, Patriarcha Constantinopolitanus*, scripsit Vitam Antonii Caulei Patriarchæ Constantinopolitani, qui obiit anno, 891.

NICEPHORVS GREGORAS, Oratio in Obitum Theodori Metochitæ. Prodiit Græcè & Latinè, ad calcem Operum Metochitæ, Lugduni-Batavorum, 1618. Ad calcem Glycæ, Parisiis, 1660.

NICOLAVS ABRAM, *Iesuita Lotharingus*, Gallicè reddidit ex Italico Vitam Vincentii Caraffæ scriptam à Daniele Bartoli. Lugduni, 1652.

NICOLAVS ANTONIVS *Hispalensis I.C.* Bibliotheca Hispaniæ Vetus, complectens Scriptores omnes qui ab Augusti Imperio usque ad annum M. D. floruerunt. Romę, apud Antonium de Rubeis 1696. fol. 2. Vol.

NICOLAVS ANTONIVS GRAVATIVS *I. V. D.* Alexandri Tartagni Imolensis Jurisperitissimi Vita, præmissa ejus Consiliis. Francofurti, impensis Rulandinorum 1610. fol.

NICOLAVS AVANCINVS *Tirolensis, Viennæ Professor*, transtulit in Linguam Latinam ex Italicâ Compendium Vitę Francisci Borgiæ à Scipione Sgambata vulgatę, Viennę, 1671. typis Cosmorovii.

NICOLAVS AVRIFICVS, *aliis* AVRIFEX, *Senensis Carmelita*, Thomę Waldensis Carmelitę Angli Vita, præmissa ejus Operibus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum 1571. II. Vol. in folio.

NICOLAVS BACCETIVS *Florentinus, Ordinis Cisterciensis*, concinnavit Elogia Scriptorum qui in Italiâ centum annorum spatio floruerunt, sed incertum an sint edita.

Idem, celebravit Res gestas plurimorum Illustrium Virorum, qui suo tempore in Ordine Cisterciensi floruerunt.

NICOLAVS BAILLY, Historia Vitæ Edmundi Au-

gerii Societatis Jesu. Parisiis, apud Cramoisy, 1652. in 8.

Idem, collegit Elogia Jesuitarum in Galliâ Vitæ Sanctitate & Eruditione præstantium, quæ nondum lucem viderunt.

NICOLAVS BALDVCCIVS, edidit Italicè Vitam S. Nili Fundatoris Monasterii de Grotta Ferrata. Romæ, apud Typographos Camerales, 1628. in 8.

NICOLAVS BISSIVS, *Nobilis Bergamensis*, Claudii Claudiani Vita præmissa ejusdem Bessii Commentariis in Libros de Raptu Proserpinæ, Mediolani, in folio editis.

NICOLAVS BRAVVS *Superatensis Cœnobii in Galetia Monachus Ordinis Cisterciensis*, Vita S. Benedicti carmine Hexametro. Salmanticæ, apud Arturum Taberniel, 1603.

NICOLAVS CHORIER *Viennensis*, *Iuris Vtriusque Doctor in Senatu Gratianopolitano causarum Patronus*, Vita Guidonis Papæ celebris Jurisconsulti, præfixa Libro cui titulus, *La Iurisprudence de Guy Pape*. Lugduni, 1652. in 4.

NICOLAVS CISNERVS *I. C. Presbyter*, *Orator & Poëta*, Opuscula Historica & Politriophilologica edita Studio & Opera Quirini Reuteri in Bibliopolio Jonæ Rhodii, Francofurti, 1651. 8. Agit de Joanne Aventino & ejus Historiâ p. 395. de Alberto Krantzio p. 418. De Germanis Historicis p. 465. De Duareno p. 536. De Jurisconsultis antiquis & recentioribus p. 546. De Joanne Mylæo J. U. D. Professore Helmstadiensi p. 627.

NICOLAVS CLAVDIVS FABRICIVS PEIRESKIVS *Senator Aquensis*, contexuit Catalogum Bibliothecæ Regiæ.

NICOLAVS de CONDÉ *Lotharingus Iesuita*, Vita Caroli à Lotharingia è Societate Jesu. Parisiis 1652. 12.

NICOLAVS CHWALKOVIVS *Eques Polonus*, edidit de Jure Publico Poloniæ Librum, Regiomonti 1676. In quo Scriptores Rerum Polonicarum recensuit.

NICOLAVS DAMASCENVS *Philosophus Peripateticus*, scripsit Græcè Librum de Vita sua, citatum à Suida.

NICOLAVS FIGVEREZ *Hispanus Valentinus*, *Ordinis S. Dominici*, De Vitis Patrum Ordinis Prædicatorum scripsisse dicitur.

NICOLAVS GERBELIVS *Phonensis*, *Professor Argentinensis*, Vita Tzetzis Scholiastis Hesiodi, In limine ejus Operum,

rum, ex Officinâ Plantinianâ Raphelengii 1603. in 4. Eadem extat in Præfatione Gerbelii Chiliadibus Tzetzi præmissa.

NICOLAUS GODIGNUS, De Abissinorum Rebus deque Æthiopiæ Patriarchis, Joanne Nunnio Burreto, & Andreâ Oviedo. Lugduni, apud Horatium Cardon, 1655. in 8.

NICOLAUS GRYSIUS *Ecclesiastes Rostochiensis*, Biographiæ Joachimi Sluteri Vitę à se editę, Rostochii 1593. in 4. Catalogum Rectorum Academiæ Rostochiensis adjecit.

NICOLAUS HEINSIUS Bibliotheca Heinsiana, sive, Catalogus Librorum quos magno sumptu & studio dum viveret collegit Vir Illustris Nicolaus Heinsius Danielis filius. Lugduni-Batavorum apud Joannem de Vive, 1682. in 12.

NICOLAUS HELDUADERUS, agit de Episcopis Slesvicensibus in Libro de Civitate Slesvicensi, Germanicè edito Slesvici 1603. 1615. & 1673.

NICOLAUS HEMMINGIUS *Danus*, *Hafniæ Theologiæ Professor*, Oratio funebris in Obitum Herluffi Trotte Scholæ Herlevianæ Fundatoris.

NICOLAUS HENELIUS *I. C. Vratislaviensis*, scripsit Silesiam togatam, sive Eulogia eorum qui litteratę militiæ arte & famâ in Silesia claruerunt. Scripsit quoque de Antiquis Jurisconsultis. Lipsiæ 1654. 8.

NICOLAUS HOFMAN. Vide *Degorem Wehar*.

NICOLAUS JOANNES CRUSIUS. Vide *Adam Olearium*.

NICOLAUS MAJORANUS, egit de Homero, & de Eustatio, Archiepiscopo Thessalonicensi, in limine ejus Commentariorum in eundem Poëtam. Basileæ, 1560. apud Frobenium, in folio.

NICOLAUS MOLINOS *Majoricensis*, scripsit Vitam Raymundi Lullii.

NICOLAUS MONTACUTIUS quem aliqui MONACUTIUM dicunt, scripsit de Episcopis Anglorum & de Pontificibus Romanis.

NICOLAUS MULERIUS, *Medicinæ Doctor*, *Mathematicarum in Academiâ Groninganâ Professor*, suppresso suo Nomine, Elogium Ubonis Emmii publicavit, quod deinde, paucissimis sup-

pressis, vel mutatis, in Professorum Groningensium Vitis, 1654. editis, insertum fuit.

NICOLAUS le NOURRY *Presbyter & Monachus Ordinis S. Benedicti è Congregatione Sancti Mauri*, Apparatus ad Bibliothecam Veterum Patrum, & antiquorum Scriptorum Ecclesiasticorum, Lugduni editam, in quo quicquid ad eorum Scripta & doctrinam, variosque scribendi & docendi modos pertinet Dissertationibus Criticis examinatur & illustratur. Parisiis, apud Joannem Anisson, 1694. in 8.

NICOLAUS du PAX *Majoricensis*, Vita Raymundi Lulli, laudata à Bonaventura Armanguel, in Archæologio Vitæ ejusdem Lullii, de quo supra.

NICOLAVS PERROT d'ABLANCOVRT, *Vnus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisinæ*, contexuit Elogium Polybii. Extat in Præfatione apposita Versioni Gallicæ Historiæ ejusdem Polybii, Parisiis, apud Augustinum Courbé, 1655. in folio editæ.

NICOLAVS RAINSSANT, *Doctor Medicus Parisiensis*, in Libro cui titulus, Actiones Medicæ, Parisiis, apud Christophorum Ballard, 1695. edito, Reges, Principes, Philosophos, & alios celebres Viros, qui Artem Medicam exercuerunt, enumerat.

NICOLAVS REVSNERVS, *Leobergâ Silesius, Argentorati, & Ienæ Professor*, anno 1590. Orationem habuit de Illustribus Academiæ Jenensis Luminibus, maximè in Jurisprudentiâ. Jenæ, typis Tobiæ Steinmanni, 1590. in 4.

Ejusdem, Anagrammatum Libri IX. continentes varia Epigrammata in laudem Virorum Doctorum, Jenæ, typis Tobiæ Steinmanni 1594. 8.

Ejusdem, De Academiis, & Scholis præsertim Jurisperitorum Oratio. Habetur Tom. II. Ejus Orationum. Ibidem, 1591. apud eundem in 8.

NICOLAVS RIGALTIVS, De Commodiano, ejusque Opusculis Dissertatio, præmissa Commodiani Instructioni adversus gentium Deos. Tulli Leucorum, 1650. in 4.

NICOLAVS ROBINE, *Monachus Ordinis Sancti Benedicti, Theologiæ Doctor, La Vie de Saint Iean Gonzales, Religieux*

de

de l'Ordre de Saint Augustin, Parisiis, apud Petrum Aubouin, Petrum Emmerix, & Carolum Clousier, 1692. in 12.

NICOLAVS RVDBECKIVS, *Episcopus Arosiensis*, Panegyricus Olao Laurelio Theologiæ Doctori & Professori Upsaliensi, dictus. Arosiæ, 1648.

NICOLAVS ROGERIVS *Gallus Fimaus Diœcesis Rhemensis Iesuita*, Vitam Ludovici de Ponte ex Hispanico P. Capucini traduxit in Gallicum. Parisiis, apud Claudium Cramoisy, 1663. in 12.

NICOLAVS SELNECCERVS, *VVitteberga & Lipsiæ Theol. Professor*, Vita Martini Lutheri, Germanicè. Lipsiæ 1576.

Ejusdem, Oratio Historica de Initiis, Causis & Progressu Confessionis Augustanæ, & de Vita ac Laboribus Martini Lutheri, postremæ ætatis Eliæ. Jenæ 159:. 4.

Ejusdem, Oratio de præcipuis Ecclesiæ Doctoribus. Henricopoli ad Wolferbytum, 1571. in 8.

NICOLAVS TALON, *Gallus Molinensis Iesuita*, Vita Francisci Borgiæ è Societate Jesu. Parisiis, apud Michaelem le Petit, 1671. in 12.

NICOLAVS WISMARCVS, *Superintendens Oldenburgicus*, Oratio funebris in Obitum Bartholomæi Barth, Rostochii Theologiæ Professoris.

NICOMACHVS, *Philosophus Pythagoricus*, scripsit Vitam Apollonii, Pythagorici.

Le NOBLE, *Baro Sancti Georgii, Vranie, ou les Tableaux des Philosophes*, II. Vol. 12. Parisiis, apud Gulielmum de Luine, Claudium Mazuel, & Martinum Juvenal, 1694. In hoc Libro agitur tam de Antiquis, quàm de modernis Philosophis.

NONIVS da CUNHA *Olysipponensis Iesuita*, edidit Lusitanicè Vitam Didaci Monteyræ, Societatis Jesu, Romæ, typis Angeli Bernabo, 1671. in 8.

Ejusdem, Oratio funebris in exequiis Francisci de Castro, Episcopi Ægitanensis, & Inquisitoris Generalis. Olysippone, ex Officinâ Grasbeckianâ, 1654. in 4.

OCTAVIANVS de SAINT GELAIS, *Episcopus Angolimensis*, convertit in Linguam Gallicam Bonifacii Simonettæ Historiam Pontificum Romanorum à S. Petro usque ad Innocentium VIII. & edidit Parisiis.

OCTAVIVS BVLGARINVS, *Vicarius Generalis Congregationis Sanctæ Mariæ Sanctorum de Neapoli*, Vita Dominici de S. Thoma, Ordinis Prædicatorum, aliàs dicti, Sultan Osman, Ottomanni Ibrahimi Turcarum Imperatoris nati. Neapoli, apud Josephum Rosellum, 1685. in 4.

OCTAVIVS CAJETANVS *Syracusanus Iesuita*, De Vitis Sanctorum Siculorum, ex antiquis Græcis Latinisque monumentis. Panormi, apud Cyrillos, 1657. in folio. Eas Petrus Salernus Jesuita perfecit, addiditque multas Notas. Ibidem.

OCTAVIVS SCARLATINVS *Bononiensis*, *Castri Sancti Petri Archipresbyter*, *Academicus Gelatus*, edidit Vitam & Apologiam Epicuri.

OCTAVIVS XIMENES ARRAGONA, *Nobilis Florentinus*, *Vita del Venerabile Padre F. Benedetto da Paggi Bonzi, Minor Osservante di S. Francesco nella Provincia di Toscana, cavata dalle notitie, relationi, e scritti del Padre Seraphino da Prato*. Florentiæ, è Typographia Petri Martini, 1689. in 8.

ODO de GISSEY, *Burgundus Augustodunensis Iesuita*, scripsit Gallicè de Vita & Martyrio Jacobi Salesii, & Socii ejus Gulielmi Saltamachii è Societate Jesu. Tolosæ, per Raimundum Colomiez, 1627. in 16.

Idem, Latinè scripsit Summam Vitæ Sanctorum Ecclesiæ Aniciensis.

ODOARDVS PACCIECVS, *Lusitanus Ordinis Eremitarum S. Augustini, Rector Collegii Olyssipponensis*, edidit Patrio Sermone Vitam Thomæ de Villanova, Archiepiscopi Valentini. Olyssippone, apud Petrum Krasbeek, 1630. in 4.

OENOMAUS, *Cynicus Gadarensis*, scripsit Librum de Philosophis Cynicis, teste Suida.

OLAVS BORRICHIVS *Danus*, Dissertationes Academicæ de Poëtis, disputatæ in Regio Hafniensi Lycæo. Francofurti, 1683.

Idem,

Idem, in Hermetis Sapientia, egit de Vita & Scriptis Mercurii, seu Hermetis Trismegisti.

Idem, Lexica Latina recensuit & de iis judicium tulit, in Dissertatione De Lexicorum Latinorum Jejunitate, Hafniæ, 1660. excusa.

Ejusdem, Conspectus Scriptorum Chemicorum illustrium, cui præfixa Historia Vitæ ipsius ab ipso conscripta. Hafniæ, apud Samuelem Germanum 1697. in 4.

Idem, in Cogitationibus de Variis Latinæ Linguæ ætatibus, recenset Autores Latinos secundùm varias ætates.

Ejusdem, Conspectus præstantium Scriptorum Linguæ Latinæ. Hafniæ in 4.

Idem, in Libro de Ortu & Progressu Chemiæ descripsit Vitam Raymundi Lulli.

OLIGERUS JACOBÆUS, *Assessor in Collegio Consistoriali, Medicinæ ac Philosophiæ Professor in Regiâ Academiâ Hafniensi*, Vita Olai Borrichii præmissa ejus Cogitationibus de Variis Linguę Latinę ætatibus. Editio secunda Cothenis, 1691. apud Joannem Montanum in 4.

Ejusdem, Analecta ad Cogitationes de Linguâ Latinâ. Accedit Appendix de Lexicis Latinis & Græcis &c. Hafnię, 1682. sumtibus Petri Haubold in 4.

OSIAS SCHADÆUS *Canonicus Argentoratensis*, Vita Joannis Sleidani ex Pantaleone, Beuthero, Boissardo, Thuano, Reusnero, Melchiore Adamo, & MSC. Anonymo. Addita sunt Elogia Variorum, Germanicè. Habentur in Continuatione Germanica Historię Sleidani usque ad 1620. Argentorati 1625.

OTTHO BRUNSFELDIUS *Moguntinus Medicus*, Virorum & Mulierum illustrium Utriusque Testamenti Catalogus.

OTTHO HEURNIUS *Ioannis filius, Medicus, in Academiâ Lugduno-Batavâ Medicinæ Professor*, Vita Joannis Heurnii præfixa ejus Operibus, Lugduni, sumptibus Antonii Huguetan, & Marci Antonii Ravanel 1658. in fol.

Idem, in Babylonicis, Indicis, &c. Lugduni Batavorum, apud Joan. Maire 1619. 12. editis, egit de Indorum, Babyloniorum, & Phœnicum Philosophis.

OTTO

OTTO SPERLINGIUS, *Regis Daniæ Consiliarius*, Integrum in Mulierum Doctarum gratiam Opus molitur, à primis temporibus, ad nostra usque tempora productum. Moroffius, in Polyhistore lib. 1. c. 19.

Idem, promisit Vitam Alberti Krantzii.

PALLADIUS *Episcopus Helenopolitanus*, De Vitâ Sancti Joannis Chrysostomi Dialogus &c. curâ & studio Emerici Bigotii, Rhotomagi in 4. 1680.

PARISIENSES THEOLOGI, *Catalogue des Livres examinez, & censurez par la Faculté de Theologie de Paris, suivant l'Edit du Roy de l'année* 1651. Parisiis, apud Joannem Dallier, 1651. in 8.

PASCHASIUS RADBERTUS *Gallus Monachus Corbejensis*, Vita Adelhardi Abbatis Corbejensis.

Ejusdem, Walæ Abbatis Corbejensis post Adelhardum Fratrem Vita. Eam primus edidit Jo. Mabillon Sæcul. Benedict. V. Part. 1. p. 453.

PAVLVS IV. *Papa*, De Vitâ & Obitu ejus aliquot Scriptores conjunctim editi sunt Coloniæ 1612. Et in his Cinus Campanus Italus; Antonius Carraciol, Neapolitanus, Clericus Regularis; Antonius Carafa Neapolitanus, Cardinalis; Joannes Franciscus Firmanus, Italus; Joannes Paulus Flavius Albetanus; Pyrrhus Ligorius, Neapolitanus; Hieronymus Magius.

PAVLVS ALBINIANVS de RAJAS, *Hispanus Valentinus*, *Iesuita*, composuit, sed Typis non vulgavit Vitam Alfonsi Rodriguez Societatis Jesu.

PAVLVS ANTONIVS APIANVS, adornavit Athenæum Asulanorum, doctrinâ præstantes ex Asulo homines Orbi erudito sistens, sed nondum in lucem emisit.

PAVLVS ARESIVS, *Episcopus Tortonensis*, Vitam Friderici Cardinalis Borromæi Oratione funebri descripsit.

PAVLVS de BARRI *natus Leucatæ Iesuita*, Centum Illustres de Domo Dei in omni hominum Ordine. Lugduni, apud Philippum Borde, 1660. in 8.

Ejusdem, Vita S. Alexii, cum idoneis Reflexionibus. Avenione, apud Joannem Piot. 1661. in 12.

PAVLVS

PAULUS COLOMESIUS, *Rupellensis*, *Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter*, *Bibliothecæ Lambethanæ Curator*, ad Gulielmi Cave Cartophylacem Ecclesiasticum Paralipomena. Londini 1686. in 8.

Idem, præfixit Vitam Gerardi Joannis Vossii ejus Epistolis, Londini, apud Samuelem Smith, 1690. in folio editis.

Idem, promisit Criticum Gentilem, sive, De dubiis Scriptoribus Commentarium, De Plagiariis, Historiam Librorum, & Historiam Doctorum, in Galliâ Orientali à se evulgatâ, Hagæ Comitis 1665. in 4.

PAULUS CORTESIUS *San-Geminianus* Dialogus de Viris sui temporis eruditione claris, nondum editus.

PAULUS FREHERUS, *Medicus Noribergensis*, Theatrum Virorum eruditione Clarorum, in quo Vitæ & Scripta Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, & Philosophorum, tam in Germaniâ Superiore & Inferiore, quàm in aliis Europæ Regionibus, Græciâ nempe, Hispaniâ, Italiâ, Galliâ, Angliâ, Poloniâ, Hungariâ, Bohemiâ, Daniâ, & Sueciâ, à Sæculis aliquot ad hæc usque tempora florentium, secundùm emortualium seriem tanquam variis in Scenis repræsentantur. Noribergæ, impensis Joannis Hofmanni, & typis hæredum, Andreæ Knorzii, in folio.

PAULUS JANI COLDINGIUS, *Pastor Nestadiensis*, Concio funebris in obitum Gulielmi Dresselberg. Hafniæ, 1621. in 8.

PAULUS JANISCH, Oratio in funere Polycarpi Lisceri-Bremæ, 1600. in 4.

PAULUS JUNIUS, Catalogus Librorum Pauli Junii. Lugduni Batavorum, 1670.

PAULUS LANGIUS, Zvviccavensis Monachus, edidit Chronicon Citizense, in quo agit de Præsulibus Ecclesiæ Citizensis ab anno 1468. ad annum 1515. Hoc Chronicon edidit Pistorius in Tomo Histor. German.

PAULUS LEOPOLD FURNIUS, Vitæ & Chriæ Aristippi, Diogenis, Demosthenis, Demonactis, Stratonici, & Aspasiæ. Antuerpiæ, 1556. 8.

PAULUS LONGOBARDUS, De Vita S. Gregorii Papæ libri IV. à Joanne Mabillonio in lucem editi, Sæc. Bened. I. p. 385.

p. 385. Et Vita S. Arnulphi Episcopi Metensis, inter Bedæ opera.

PAVLVS MARQVARDVS SLEGELIVS *Hamburgensis Patriæ Polyater.* Suæ ipsius Vitæ narrationem exorsus est, & ab anno natali, 1605. ad annum 1636. perduxit, cúmque cæteris Manuscriptis suis Bibliothecæ patriæ reliquit, ex terrore, (ut ait Joan. Moller. Isag. ad Hist. Cherson. Cimbr. part. 2. p. 210.) ob acceptam à cadavere dissecto alapam, in febrem malignam petechialem prolapsus, & hac 20. Febr. 1653. extinctus.

PAVLVS MERVLA G. F. P. N. In Epistola præmissa fragmentis Ennii à se publicatis, Lugduni Batavorum, ex Officina Paetsii, & Ludovici Elzevier, 1595. memorat Viros doctos quibus innotuit familiariter, in Belgio, Galliâ, Genevæ, in Helvetiâ, in Anglia. Ibidem extat Ennii Vita ab eodem conscripta.

PAVLVS NEVCRANTZIVS, scripsit Vitam Joannis Henrici Meibomii, Lubecæ 1655. in 4.

PAVLVS OSORIVS, *Vide* FRANCISCVS PETRARCHA.

PAVLVS de RAYAS, *Albinianus Hispanus Iesuita*, scripsit Vitam Alphonsi Rodriguez Jesuitæ.

PAVLVS REGIVS *Neapolitanus*, edidit Italicè Vitam Cælestini V. à Jacobo Cajetano Cardinale descriptam. Neapoli 1581.

PAVLVS SEGNERVS, *Italus Antias in Latio*, *Iesuita*, Vitam Famiani Stradæ Jesuitæ præfixit editioni Decadis secundæ ejus Historiæ de Bello Belgico. Romæ, Typis Ludovici Grignani, 1650.

PAVLVS STOCKMANNVS, Elucidarius hæresium à nato Christo usque huc ortarum, ubi ordine Alphabetico earum Autores cum falsâ doctrinâ, à tempore quo vixerunt, è probatis Scriptoribus, tum antiquis, tum recentioribus, exhibentur. Moguntiæ, Sumptibus Joannis Friderici Gleditsch, 1691. in folio.

PAVLVS VERDVGO, *Abulensis, ad S Vincentium ejus Vrbu Pastor*, carmine Hispanico descripsit Vitam Teresæ de Jesu. Madriti, apud Alfonsum Martinum, 1615. 8.

PAVLVS VINDINGIVS, Epistola de Scriptis nonnullis adespotis adjuncta libro Joannis Deckeri de Scriptis Adespotis.

PEL-

PELLETIER, in Linguam Gallicam transtulit Vitam Sixti V. à Gregorio Leti descriptam. Liber editus est Parisiis, apud Andream Pralard, 1683. & 1685. in 12.

PEREGRINVS MERVLA, *Protonotarius Apostolicus*, *Raccolta de Cremonesi in Santitate insigni & eminenti.* Cremonæ, 1624. in 4.

PERIER, *La Vie de Blaise Pascal écrite par Madame Perier sa Sœur.* Habetur in principio libri cui titulus, *Pensées de Pascal sur la Religion.* Amstelodami, apud Abrahamum Wolfgangum 1684. in 12.

PETRVS ABELARDVS, scripsit historiam vitæ suæ. Habetur in principio ejus operum, Parisiis 1616. in folio editorum.

PETRVS ALBINVS *Secretarius & Historicus Electoris Saxonici*, De Vita Georgii Sabini, Wittebergæ 1558. in 8.

PETRUS AMBOISE, *Dominus de la Madelaine*, præfixit Vitam Baconis Cancellarii Angliæ, ejus Historiæ naturali, à se in Linguam Gallicam conversæ, & Parisiis, 1631. editæ.

PETRVS ANDOQUE, *In Curia Præsidiali Biterrensi Consiliarius*, *Catalogue des Evêques de Besiers. A Besiers par Iean Martel*, 1651. *in* 4.

PETRUS ANDREAS CANONHERIVS, *Philosophiæ*, *Medicinæ*, *ac Theologiæ Doctor*, In Dissertationibus politicis in Taciti Annales, pag. 66. Editionis Francofurtensis 1610. dedit Catalogum Autorum qui ex professo de Jure Status scripserunt.

PETRVS ANTONIVS BEVTIER, *Hispanus Valentinus*, Annotationes X. in Sacram Scripturam in quibus agit, inter alia, de Libris Canonicis, de Libris desideratis, & de Autoribus Librorum Sanctorum. Valentiæ, 1547. in 8.

PETRVS AVGVSTINVS MORLA *Valentinus Iurisconsultus*, Emporium utriusque juris, quæstionum in usu Forensi admodum frequentium. Valentiæ, 1509. fol. In præfatione hujus Libri Autor Valentinos omnes benè de Litterarum studiis, deque posteritate meritos refert, & laudat.

PETRVS BÆLIVS, *Roterodami Philosophiæ Professor.* Epistola de Scriptis Adespotis, Viro Clarissimo & Doctissimo Theodoro Janssonio ab Almeloueen, adjuncta Joannis Deckeri de Scriptis Adespotis, Pseudepigraphis, & Suppositiciis Conjecturis. Amstelodami, 1686. in 12.

Idem, in Dictionario Historico & Critico, Roterodami, apud Reinerium Leers 1697. II. Vol. edito, fusè, accuratè, & eleganter Vitas multorum doctorum Virorum descripsit.

Idem, publicavit Ephemerides Eruditorum, sub titulo, *Nouvelles de la Republique des Lettres.* Amstelodami, apud Henricum Desbordes.

PETRVS BALLI *Iesuita*, Lugdunum Sacro-profanum, sive de Claris, Illustribus, & Notis Lugdunensibus, Forensibus, & Bellijocensibus Indices, Argumentum, & Synopsis. Lugduni, 1613. in 4.

PETRVS BANG *Helsingus, Theologiæ Doctor & Professor, in Finlandia Aboensis*, Vita Ansgarii Archiepiscopi Hamburgensis, ex Suecica Versione Ramberti compendiosè repetita, & castigata, una cum parte generali Historiæ ejusdem Ecclesiasticæ Sueco-Gothicæ, Aboæ, 1675. in 4.

PETRUS BATRACHELIUS, Annales & Catalogus Archiepiscoporum Coloniensium, à primis usque, ad Gerardum Truchsesium. Coloniæ, 1578. in 8.

PETRUS BELLORI, Veterum illustrium Philosophorum, Poëtarum, Rhetorum, & Oratorum imagines. Romæ, 1685. fol.

PETRVS BERSANINVS *Iesuita Venetus*, Oratio in laudem Ludovici Torelli Bononiensis, Theologiæ Doctoris, &c. habita idiomate Italico, in ejusdem Torelli exequiis, & ejus operibus Bononiæ 1686. apud Jacobum Montii, in folio editis præfixa.

PETRVS BERTIVS *Beveris Flandriæ natus, Lugduni Batavorum Professor, primùm, deinde Ludovici XIII. Galliarum Regis Cosmographus*, Oratio funebris in obitum Lucæ Trelcatii, Lugduni Batavorum, 1607. in 4.

PETRVS BORELLUS *Medicus Castrensis*, de Democriti Vita & Philosophia Volumen meditabatur, ipso teste, præfatione secundæ Centuriæ Observationum, Castris 1653. in 12. editarum.

PETRUS CANISIUS *Iesuita*, Vita Leonis I. Magni, præmissa ejus Operibus.

PETRUS de CASSANVILLA, Vita Petri Blesensis, Bathonensis in Angliâ Archidiaconi. Habetur Tomo XXIV. Maximę Bibliothecę Patrum.

PETRVS

PETRUS de CETINA, *Hispanus Franciscanus. Un Memorial de los Religiosos que en la Provincia de S. Gabriel Floricieron en lettras, y virtude desde el anno* 1599, *hasta al de* 1621.

PETRUS CHAMPION, *Iesuita, La Vie du Pere Rigouleve, de la Compagnie de Iesus avec ses Traitez de devotion, & ses Lettres spirituelles.* Parisiis, apud Stephanum Michallet, 1686. in 12.

Ejusdem, *La Vie & la Doctrine Spirituelle du Pere Louis Lallemant de la Compagnie de Iesus.* Ibidem apud eundem, 1694. in 12.

PETRUS CUNÆUS, *Iurisconsultus Flessingensis* in *Academiâ Lugduno Batavâ Iuris & Politices Professor*, Oratio habita in funere Franconis Burgesdici in eadem Academiâ Philosophiæ Professoris.

PETRUS DANIEL, Phædri Augusti Cæsaris Liberti Vita. Habetur in Præfarione ejus Operum Parisiis, apud Fridericum Leonard 1676. in 4. editorum.

PETRUS DANIEL HUETIUS, *Cadomensis, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis, Episcopus Abrincensis*, In Præfatione Gallicâ Historiæ Zaidæ à Segraisio editæ Parisiis 1671. egit de Scriptoribus Fabularum Romanensium, (Gallicè Romans). Hæc Præfatio in Linguam Latinam à Gulielmo Pyrrhone conversa est, & præfixa Huetii libro de Interpretatione. Lipsiæ, apud Fritschii hæredes, excuso. 1687. in 8.

Idem, scripsit Vitam Origenis sub titulo, Origenianorum quam præfixit novę Editioni Operum ejus Rhotomagi excusorum 1668. Sumptibus Joannis Berthelin. folio.

Ejusdem, Funus Claudii Salmasii, & Iter Suecicum. Extant çum Theophili Hogersi Poëmatibus Juvenilibus. Amstelodami 1672. in 12.

PETRUS DIACONUS, Vita Sancti Bruni, seu Brunonis Astensis, Signiensium Episcopi, & Abbatis Montis Cassini, præmissa ejus operibus studio Mauri Marchesii Cassinatis Decani, Venetiis, apud Bertunos, 1651. in fol. impressis.

PETRUS FENOUILLET, *Episcopus Monspeliensis*, Oratio funebris in exequiis Pomponii de Believre, in Senatu Parisiensi Primi Præsidis.

PETRUS FRANCISCUS CHIFFLETIUS *Burgundo-Sequanus Iesuita*, De illustri genere S. Bernardi Claravallien-

sis, cum Tractatu Odonis de Diogilo, Chronico Claraevallensi, Vitâ S. Bernardi, Vitâ B. Petri Prioris in Juliacensi Parthenone, &c. Divione, apud Philibertum Davancé, 1660. in 4.

PETRVS FRISONIVS, *Theologus Parisiensis, & in magnâ Francia Eleemosynariâ Vicarius Generalis*, Henrici Spondani Apamensium Pontificis, natales, educatio, studia literarum, res gestae, virtutes, mors, tumulus, Scriptorum monumenta. Vide Continuationem Annalium Eccl siasticorum Baronii, Lugduni, Sumptibus Anissoniorum, & Joannis Posuel 1678. 2. Vol. fol. impressorum.

PETRVS GONZALES de MENDOZA *Archiepiscopus Toletanus, & Patriarcha Alexandrinus*, edidit Hispanicè Chronicon, in quo agit de Viris illustribus Collegii Sanctae Crucis de Valladolid. Toleti, apud Mariam Ortez de Saravia. 1625. in fol.

PETRVS GVSMAN, *Hispanus Abulensis Iesuita*, Vertit Hispanicè ex Latino Vitam Francisci Xaverii, scriptam ab Horatio Tursellino.

PETRVS HALÆVS *I.V.D. & Parisiis Regius Antecessor* Rollandi Maresii Parisini, fratris Joannis Maresii (Gallicè Desmarets) Poëtae Galli, Elogium praefixum ejusdem Rollandi Maresii Epistolis Philologicis, editis, 1655. & 1687. Lipsiae & Francofurti, sumptibus Joannis Casparis Mejeri, 1687. in 12.

PETRVS HEIGIVS, Oratio de Æmilio Papiniano. Wittebergae, 1594. in 4.

PETRVS ab HEIMBACH, Memoria Winandi ab Heimbach, Celsissimi Principis, Electoris Brandenburgici, in Ducatu Clivensi, & Comitatu Marcano Cancellarii, posteritati commendata. Trajecti ad Rhenum, ex Officinâ Gisberti à Zyll, 1655. in fol.

PETRVS HEYLIN, *Anglus praebendarius VVestmunsteriensis, & Subdiaconus*, Cyprianus Anglus, seu Vita Gulielmi Laud, Archiepisc opi Cantuariensis. Londini 1668.

PETRVS de HONESTIS, *Cardinalis Damianus*, Vitę S. Mauri Episcopi Caesenatis, Romualdi Institutoris Camalduensium, & Rodulphi Episcopi Eugubini.

PETRVS JAIME TRISTAN, *Ordinis Minorum Sancti Francisci de Paula, Enchiridion de los Varones illustres de la Orden de*

de los Minimos. Barcinone, apud Stephanum Liberos, 1618. in 4.

PETRUS JOANNES NUNNESIUS, *Hispanus Valentinus*, Scripsit de Claris Peripateticis Librum unum, cujus ipse meminit in Notis ad Aristotelis Vitam ab Aimonio, seu Philopono scriptam, & Lugduni Batavorum editam.

PETRUS JOANNES RESENIUS *Inscriptiones Hafnienses*. Hafniæ, 1668. apud Danielem Pauli, in 4. Ibi extant Epitaphia plurimorum Virorum Doctorum. Ibidem extat Synopsis Vitæ Tychonis Brahæi, cum Catalogo ejus Operum.

PETRUS JOSEPH d'Orleans *Iesuita*, *La Vie de Pierre Coton, de la Compagnie de Iesus, Confesseur des Rois Henri IV. & Louis XIII.* Parisiis, apud Stephanum Michalet, 1688. in 4.

Ejusdem, *La Vie de Louis de Gonzague de la Compagnie de Iesus.* Ibidem, 1685.

Idem, scripsit Gallicè Vitam Stanislai Kolskos, Jesuitę, editam Parisiis, 1672. in 12.

PETRUS LALLEMANT *Rhemensis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Genovefæ*, Oratio in funere honorario Audomari Talæi.

PETRUS LAMBECIUS, *Hamburgensis I. V. D. Cæsareæ Majestatis Consiliarius, Historiographus, ac Bibliothecarius*, Prodromus Historiæ litterariç, quâ continetur inter alia specialis recensio Virorum & Fœminarum illustrium, qui, quæve inde à creatione Mundi, usque ad nostram ætatem, vel publicatis ingenii sui monumentis, vel saltem amore erga litteras & Artes liberales, earumque studiosos, claruerunt, nempe quo tempore, quo loco, & quâ ratione vixerunt, quid vel inveniendo, vel scribendo, vel propagando, vel protegendo in rem literariam contulerunt; quę cujusque Scripta perierint, quę supersint, quę jam prodierint in lucem, quę, & in quibus Bibliothecis adhuc latitent, quę optimę editiones, qui optimi Commentatores, quid de unoquoque Autore, respectu, ingenii, diligentiæ, fidei, & styli judicandum, & quomodo alter alteri ratione antiquitatis, aliarumque circumstantiarum, vel præferendus, vel posthabendus sit. Hamburgi, Sumptibus Autoris, Typis Michaelis Piperi, 1654. in folio.

Ejusdem, Dissertatio de Georgii Codini Vita, & Scriptis, præfixa Animadversionibus Lambecii in Codini & alterius cujusdam

Anonymi

Anonymi excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis, quæ habentur in Syntagmate Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum, Parisiis, ex Typographiâ Regiâ, 1655. in folio.

Catalogus Librorum quos Petrus Lambecius composuit & in lucem emisit ab anno ætatis 19. ad 45. nempe ab anno Christi 1647. ad 1673. Vindebonæ, sive Viennę Austriæ, 1673. typis Matthiæ Cosmerovii in 4.

Idem, in Epistolâ ad Franciscum Slusium præfixâ libro I. Bibliothecę Vindebonensis, agit de ejusdem Bibliothecę Bibliothecariis.

PETRUS de LASENA *Neapolitanus* contexuit Academiam Pontani, sive Clarorum Virorum qui in litteris cum Joviano Pontano Neapolim illustrarunt Elogia, nondum edita.

PETRUS LEO CASELLA de primis Italiæ Colonis, de Tuscorum Origine, & Republicâ Florentinâ, Elogia illustrium Artificum. Lugduni, 1606.

PETRUS LINDERBERGIUS *Rostochiensis*, Hypotyposis in Arcium, Palatiorum, Librorum, Pyramidum, Obeliscorum, Cipporum, Molarum, Fontium, Monumentorum, & Epitaphiorum, ab Henrico Ranzovio Pro-Rege, & Equite Holsatico conditorum &c. Rostochii, 1590. Et cum novo, eoque non exiguo augmento, Hamburgi, 1591. & Francofurti, 1592. in 4. Editio secunda Præfationem de Vita & Studiis Henrici Ranzovii complectitur, Capitibus XVIII. quorum tertium Scripta ipsius edita & inedita; Aliorum item, vel ex Bibliothecâ, vel sumptu ejus evulgata, aut ipsi dedicata exhibet.

PETRUS MARIS, *Lusitanus Carmelita*, Vita Ludovici de Camoëns, quę edita est cum Poëmate Lusiadum ejusdem Camoëns, 1613. in 4.

PETRUS MARTINIUS MORENTINUS, *Navarrus* Vitam Juliani Imperatoris descripsit in præfatione ejus Operum, Parisiis apud Dionysium Duvallium, 1583. in 8. editorum.

PETRUS MEGERLINUS, *I. V. & Philosophiæ Doctor Matheseos in Academiâ Basileensi Professor*, Theatrum Divini Regiminis à mundo condito usque ad nostrum Sæculum &c. cum Indice Chronologico locupletissimo rerum gestarum, annos, & Scriptores, horumque Libros & Capita sive Sectiones indicante. Basileæ 1683. in 4.

PETRUS

PETRUS MERSSÆUS CRATEPOLIUS *Minorita*, Electorum Ecclesiasticorum, hoc est, Coloniensium, Moguntinorum, Trevirensium Episcoporum, à primis, usque ad eos qui jam præsident Catalogus: Item succincta rerum à singulis gestarum Narratio ; Episcoporum, item qui sub Archiepiscopatu Coloniensi subsunt, &c. tum Romanorum Pontificum qui ex Germaniâ fuerunt Series. Coloniæ Agrippinæ, apud Gothefridum Kempensem, 1580. in 8.

Ejusdem, Liber de Germaniæ Episcopis, & Orthodoxis Doctoribus, qui populum ad Christi Religionem ibidem converterunt. Coloniæ, 1592.

PETRUS MULLERUS, Sylloge Scriptorum in Jure privato & publico, cum Diatriba de Studio Juris tractando. Jenæ, 1678.

PETRUS LE NAIN, *Essay de l'Histoire de l'Ordre de Citeaux, tirée des Annales de son Ordre; & de divers autres Historiens, par Dom Pierre le Nain, Sousprieur de l'Abaye de la Trape.* Parisiis apud Franciscum Muguet IV. Vol. in 12. 1696. in quibus Vita Abbatum ejusdem Ordinis describit.

PETRUS NANNIUS *Alcmariensis, Lovanii in trilingui Collegio Professor*, Libellus de Claris Corneliis. Francofurti, 1608. & 1609. in folio.

PETRUS OPMERUS, Opus Chronographicum Orbis Universi à Mundi exordio usque ad annum 1640. continens Historiam, Icones, & Elogia Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, ac Virorum illustrium, in duos tomos divisum, prior, Auctore Petro Opmero Amstelrodamensi, posterior, Laurentio Beyerlinck Canonico Antuerpiensi. Antuerpiæ, Typis Hieronymi Verdussi, fol. 1614.

PETRUS PALLADIUS, *Theologiæ Doctor, & Episcopus Roschildensis*, Isagoge ad Libros Propheticos & Apostolicos. Wittebergæ 1573. & 1589. 8. Ibi agit de singulis Libris Veteris & Novi Testamenti.

PETRUS PAULUS BOSCHA, De Origine, & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ. Hemidecas. Mediolani, 1672. 4.

PETRUS PAULUS de RIBERA, *Valentinus, Le glorie immortali de Triomphi, ed Heroiche imprese d'o tocento quaranta*

cinque Donne illustri, Antiche, e Moderne, dotate de conditioni, & Scienze segnalate, cioè, in Sacra Scrittura, Theologia, Profetia, Filosofia, Retorica, Grammatica, Medicina, Astrologia, Leggi Civili, Pittura, Musica, Armi, ed in altri Virtù principali. Venetiis, 1609. in 8.

PETRUS PITHÆUS *Iurisconsultus Tricassensis, Savodiæ Dominus*, De Latinis S. S. Bibliorum Interpretibus p. p. Sententia ad Nic. Fabrum, Londini 1660. 8.

Ejusdem, Vita Petronii, quæ legitur in limine ejus Operum à Theodoro de Juges editorum, Genevæ, 1629. apud Joannem Mercerum, in 4.

PETRUS POIRET, Epistolæ de Antoniæ Borignon Vitâ, Doctrinâ, Moribus, ac Scriptis, Gallicè, 1685.

PETRUS de QUENTANILLA MENDOSA, *Complutensis, Franciscanus*, edidit Hispanicè Vitam Cardinalis Ximenes, Panormi, apud Nicolaum Bua, 1653.

PETRUS RAMUS, Vita Virgilii ex variis Autoribus descripta. Habetur in limine Prælectionum Rami in Virgilii Bucolica. Hanoviæ, Typis Wechelianis, 1613. 8.

Idem, contexuit Vitam Ciceronis, in Ciceroniano, à se composito. Francofurti, apud Andream Wechelium, 1580. 8.

PETRUS RESENIUS *Hafniensis, Iuris Utriusque Doctor, Regius Academiæ Antecessor*, In Prolegomenis Versionis Nomocanonis Jutici Germanicæ, sive Krabbiani, exhibuit Vitam Blasii Eckenbergeri Lubecensis, Scribæ præfecturæ Flensburgensis publici, & Judicii provincialis Slesvo-Holsatici Grammatei. Versio hæc edita est Hafniæ, 1684. in 4. Ibidem extat etiam Vita Erici Krabbei Interpretis ejusdem Nomocanonis.

PETRUS RIBADENEIRA *Toletanus, Iesuita*, Vita, Theresæ de Jesu, in 4. edita.

PETRUS RICHELET, *in Senatu Parisiensi Advocatus*, Vita Joannis Capellani, unius è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis; quam nondum in lucem emisit.

Idem, parat Vitas Grammaticorum Gallorum.

PETRUS de SALAZAR de MENDOZA *Canonicus Toletanus, Coronica del Cardinal Dom Iuan Tuvera Arcobispo de Toledo.* Toleti, 1603. in 4. apud Petrum Rodriguez.

Idem, scripsit Hispanicè Vitam Ildefonsi Archiepiscopi Toletani. Ibid. 1618. in 4.

Et

Et Historiam Archiepiscoporum Toletanorum, quæ nondum edita est.

PETRUS SALERNUS. *Vide* OCTAVIUS CAJETANUS.

PETRUS SALIUS vel SOLIUS, *ex Analitiorum Regione oriundus, Monasterii de Floregiis aliàs de Thoroneto, Ord. Cisterc. Monachus*, exaravit patrio Sermone Vitas Poëtarum Provinciæ. Vixit anno 1383. Car. Visch. Bibl. Cisterc.

PETRUS à SANCTO BERNARDO, *Monachus Congregationis Fuliensis*, Oratio funebris in obitum Francisci de Sales, Episcopi Genevensis. Lugduni, 1623.

PETRUS à SANCTO CÆCILIO, *Granatensis ex Reformatis, sive Excalceatis Religiosæ familiæ de Mercede*, scripsit Librum ineditum de Scriptoribus Ecclesiasticis nonnullis, aliisque Viris illustribus Ordinis Redemptorum B. Mariæ de Mercede.

PETRUS à SANCTA CATHARINA *Monachus Congregationis Fuliensis Ordinis Cisterciensis*, publicavit Gallicè Tabulas duas Chronologicas, Genealogicas, & Historicas quarum prior continet Patriarchas, Prophetas, Pontifices, Monachos, & alias personas illustres, ab initio Mundi, usque ad mortem Christi: Altera continet Imperatores, Reges, Duces, Respublicas, & Personas Illustres à morte Christi usque ad annum 1648. Parisiis, apud Joannem Boisseau.

PETRUS SCARGA *Jesuita*, Vitæ Sanctorum per annum, adhibitâ passim SS. Patrum Doctrinâ.

PETRUS SCHOTTUS *Argentinensis, in Patriâ Canonicus S. Petri*, Joannis Gersonis Cancellarii Parisiensis compendiaria laus, præfixa ejus Operibus 1494. & 1518. Basileæ in folio impressis.

PETRUS SCRIVERIUS, præfixit Apuleii Vitam ejus Operibus Amstelodami 1624. in 12. excusis.

Ejusdem, Dissertatio de Joanne Secundo Hagiensi, & Gente, è qua is ortus est Nicolaia, Poëmatis illius, Lugduni Batavorum, 1619. editis, præfixa.

PETRUS SEGUINUS, *Monachus & Prior Calisii, seu Caroli loci in Diœcesi Sylvanectensi*, Bibliotheca Scriptorum Ordinis Cisterciensis. Opusculum imperfectum cujus Autographum

extabat apud Angelum Manriquez Episcopum Pacis Juliæ, seu Augustæ in Hispaniâ. Carol. Visch. in Bibl. Cisterc.

PETRUS STATORIUS, *Cœtus Racoviensis Pastor Socinianus*, Oratio qua Fausto Socino parentavit MSC. Polonica. Eadem Latinè reddita MSC.

PETRUS TALOIS, *Sermon sur la vie & sur la mort de Mr. Bardon Prêtre de Limoges, decedé en* 1625. *A Limoges, chez Nicolas Chapoulaud*, 1626. *in* 8.

PETRUS VERENFELSIUS, *Basileensis*, Icon Theologi eximii, historicâ narratione Vitæ & Obitus Lucæ Gernleri, Ecclesiæ Basileensis Antistitis, & in eâdem Academiâ Theologiæ Professoris. Basileæ, Typis Jacobi Verenfels, 1676. 4.

PETRUS VINCENTIUS, *Vratislaviensis, VVittebergæ Collegii Philosophici Decanus*, Oratio de Vitâ Joannis Bugenhagii, Ecclesiæ Wittebergensis Pastoris. Wittebergæ, 1588. in 8.

PETRUS de WAGNEER, edidit Librum de Scriptoribus Ordinis Præmonstratensis.

PETRUS WINSTRUPIUS, Oratio funebris in exequiis Ottonis Tott. Soræ, 1646. in 4.

Ejusdem, Oratio parentalis Oligeo Rosenkrants. Ibidem, 1643. in 4.

PHILIBERT de la MARE, *Senator Divionensis*, De Vita Gulielmi Philandri Castillonii, Civis Romani Epistola, 1667. in 8.

Elenchus Operum Leonardi Bruni, Philosophi Aretini brevi edendorum ex Bibliothecâ Philiberti de la Mare. Divione, apud Petrum Paliot, 1653.

Idem, recensuit Rerum Burgundicarum Scriptores, in Conspectu Historicorum Burgundiæ, Ibidem 1689. in 4. excuso.

PHILIPPUS ALEGAMBE *Bruxellensis Iesuita*, Vita Joannis Cardini Lusitani, Societatis Jesu. Romæ, apud Fridericum Caballum, 1649. in 12.

PHILIPPUS ANDREAS BURGOLDENSIS, Notitia Rerum illustrium Imperii Romani Germanici, seu, Discursus Juridico-Politico-Historicus ad Instrumentum seu Tabulas Pacis Osnabrugo Monasteriensis; Adjectus reperitur Indiculus optimorum Theologorum, Jurisconsultorum, Politicorum, & ab ipso,

ipso, & à Francisco Irenio maximam partem citatorum judicia referens. Augustæ Vindelicorum, 1669. in 4.

PHILIPPUS ARRENGIUS Eleemosynarius, dictus Abbas Bonæ Spei in Hannoniâ Ordinis Præmonstratensis, Vita S. Augustini Hipponensis Episcopi inter Opera Arrengii edita Duaci, 1620. in folio.

PHILIPPUS BEROALDUS egit de Vita & Patria Lucani. Basileæ ex Officinâ Henric. Petri 1577. folio in principio ejus operum.

PHILIPPUS BONANNI *Jesuita*, in Micrographia à se vulgata, Romæ 1691. Typis D. A. Herculis in 4. enumerat Autores qui Micrographicis inclaruerunt Scriptis.

PHILIPPUS BROIDÆUS, *Ariensis*, *Duacensium Consiliarius*, Epistolâ præmissa Francisci Poleti, soceri sui, historiæ Fori Romani, in qua ejus Vitam descripsit. Duaci 1576. ex Joannis Bogardi Officinâ, 1576. in 8.

PHILIPPUS CÆSARIUS, *Hassus Cassellensis, Theologiæ Doctor, Ioannis Adolfi Ducis Holsatiæ Ecclesiastes Aulicus, deinde Bremæ Pastor, tandem à Reformatis ad Castra Pontificiorum transgressus*, Triapostolatus Septentrionis, Vitas & Gesta S. Wilehadi, S. Ansgarii & S. Rimberti, Episcoporum Bremensium, & Septentrionis Apostolorum, hactenus desideratus, ex pervetusto, & Authentico Ecclesiæ Hamburgensis Codice MSC. cum Notis, &c. 1642. Typis Coloniensibus, in 8.

PHILIPPUS CAMUS, *La Vida de Roberto del Diablo, lhamado despues de su conversion Hombre de Dios.* Giennii 1628.

PHILIPPUS COUPLET *Jesuita Belga*, Catalogus Patrum Societatis Jesu qui post obitum Francisci Xaverii ab anno 1581. in Imperio Sinarum fidem Christi propagarunt, ubi singulorum nomina, res gestæ, prædicatio, mors, sepultura, & libri Sinicè editi recensentur, E Sinico Latinè redditus à Philippo Coupler. Parisiis ex Typographia I. B. de la Caille, 1686. in 8. Vide etiam PROSPER INTROCESSA.

PHILIPPUS LUDOVICUS BOHMERUS, *Moralium apud Helmstadienses Professor*, Vita Gebhardi Theodori Mejeri, Theologiæ & Antiquitatum Ecclesiasticarum in Academia Helmstadiensi Professoris, ejus Historiæ Religionum, Helm-

ſtadii, 1697. in 4. apud Georg. Wolfg. Hammium, excuſæ præfixa.

PHILIPPVS le COVTVRIER, *La vie de Robert Gueriteau Docteur en Theologie, Chanoine de Mante.* Pariſiis apud Huré, 1651. in 8.

PHILIPPVS FRANCISCVS TAISNE *Bruxellenſis Ieſuita*, Compendium Vitæ Franciſci Xaverii. Bruxellis, 1660. in 12.

Ejuſdem, Vita Franciſci Borgiæ. Antuerpiæ, Typis Cnobbartii, 1671. in 8.

PHILIPPVS FRESALIVS, *Avenionenſis Carmelita*, De illis qui ſcripſerunt de Myſterio Incarnationis dicitur Librum compoſuiſſe.

PHILIPPVS de GVIMERAN, *Hiſpanus Valentinus, Sodalium Vnus qui ſub Appellatione Mariæ de Mercede captivos redimunt*, edidit Hiſpanicè Hiſtoriam ejuſdem Ordinis, & Virorum illuſtrium, qui ex illo prodierunt. Valentiæ, 1591. in 4.

PHILIPPVS HVSELITH, *Medicinæ Doctor*, Bibliotheca contracta, ſeu, Catalogus Bibliothecarum inſigniorum Thuanæ, Barberinæ, Sluſianæ, Heinſianæ, Tellerianæ, aliarumque, collectus, atque in juſtum ordinem diſpoſitus. Jenæ. apud Joannem Bielk, 1698.

PHILIPPVS LONICERVS, Oratio Funebris in Obitum Joannis Lotichii Secundi J. C. Marpurgenſis Willelmi Arauſionenſium Principis Cancellarii. Francofurti, 1571.

PHILIPPVS JACOB MAVSSACVS *in Senatu Toloſano Præſes*, In Diſſertatione Criticâ ſubjuncta Harpocrationis Lexico, de Harpocratione & ejus Scriptis, de Variis Harpocrationibus, de Etymologicorum, Gloſſariorum, & Lexicorum conſcriptoribus, Græcis præſertim, prolixè agit: Lugduni-Batavorum, 1683. in 4.

Ejuſdem, Judicium de Plutarcho, & ejus Scriptis, præfixum ejus Operibus, Pariſiis, Typis Regiis, apud Societatem Græcarum editionum, 1624. II. Vol. in fol.

PHILIPPUS MALABAILA *Monachus Ciſtercienſis*, ſcripſit Vitam S. Brunonis.

PHILIPPUS MARIA BONINI *Academicus Humoriſta*,

morista, delineavit Vitam Petri della Valle, quæ præfixa est ejus Itinerario.

PHILIPPUS MELANCHTON, Oratio in funere Reverendi Viri D. Martini Lutheri. Wittebergæ, 1546. 8.

Idem, egit de Vita Aristotelis. Tomo 2. Declamationum p.376. de Platone. Tomo 1. p. 228. De Vita S. Augustini. Tomo 2.p.263. De Rodolpho Agricola. Tomo 4. p. 451. De Vita Sebastiani Munsteri, Ibidem. p. 446. De Vita Galeni. Tomo 2. p. 402. De S. Ambrosio, Tomo 2. p. 283. De Polycarpo. Ibidem, p. 342. De S. Paulo Apostolo, Tomo 1. p. 109. De Aristotele, Tomo 3. p. 339. de S. Basilio Tom. 3. De Sancto Hieronymo, Ibidem p. 67. De Gaspare Crucigero Ibidem p. 299. De Vita Capnionis. Ibidem p.280. De Vita & Scriptis Plinii, Tomo 4. p. 356. De Erasmo. Ibidem, p. 706. De Vita Joannis Bugenhagii Tomo 3. p. 772. De Gregorio Nazianzeno Tomo 5. p. 50. De Gregorio Pontano. Ibidem p.182.

PHILIPPUS PICINELLUS *Abbas*, edidit Italicè Athenæum Litteratorum Mediolanensium, 1670. in 4.

PHILIPPUS de SANTIAGO vel à SANCTO JACOBO, *Carmelita Toletanæ Urbis*, Illustrium Scriptorum & Virorum Sanctitate & Sapientiâ Illustrium à tempore Eliæ Catalogus Laconicus.

PHILIPPUS SCHOVILLE *Luxemburgensis Iesuita*, edidit Germanicè Compendium Vitæ Francisci Xaverii. Treviris, Typis Matthiæ Hoii in 12.

PHILIPPUS SIMONIS *Collegii Canonicorum Spirensium à Secretis*, Episcoporum Spirensium Descriptio Historica. Friburgi, 1608. Germanicè.

PHILO BIBLIUS, Litteris mandavit triginta Libros de Urbibus, & de Viris celebribus qui in eis geniti sunt, teste Suida.

PHILOCORUS *Atheniensis* scripsit de Homeri ætate, genere, & Poësi, de Euripide, de Demosthene, & Catalogum Pythagorearum Mulierum, Jons. de Scr. Hist. Phil. l. 2. C. 9.

PHILOSTRATUS *Lemmius junior*, scripsit de Sophistis usque ad sua tempora, duobus Libris. Extant hæ Vitæ Manuscriptæ in Bibliothecâ Regis Galliæ.

PHILOTHEUS, *Monachus Ordinis Cisterciensis* scripsit carmine Tractatum de Vita & Moribus S. Bernardi, qui legitur ad calcem ejus Operum.

PLA-

PLACIDUS GALLEMENT, *La vie de Iacques Gallement Docteur en Theologie de la Faculté de Paris.* Lutetiæ, apud Edmum Couteror, 1653. in 4.

PLACIDUS PHILINGERUS *Neapolitanus* Clericus, Regularis, edidit Orationem in honorem beati Jacobi Salmonii, Ordinis Prædicatorum. Bracchiani, ex Typographia Andreæ Phæi, 1612. in 4.

PLINIUS CÆCILIUS junior descripsit Vitam Plinii Senioris Avunculi sui, Epist. V. lib. 3. & XVI. lib. 6.

POLYCARPVS de HERTOGHE, vide JOANNES CHRYSOSTOMVS van der STERRE.

POLYBIVS scripsit Epiphanii Cyprii gesta, posteriorem Vitæ partem, atque obitum complexa. Priorem delineavit Joannes ejusdem Epiphanii discipulus. Extat utriusque Opus pluribus fabulis refertum inter Epiphanii Opera.

POMPEIVS SARNELLI *S. Theologiæ Doctor, & Protonotarius Apostolicus*, edidit Epistolas Ecclesiasticas idiomate Italico, quarum ultima continet Catalogum & Vitam Cardinalium Ordinis Dominicani & Familiæ Ursini. Editæ sunt Neapoli, apud Antonium Bulifon, 1686. in 4.

* Ejusdem, *Vita del P. D. Giovan Nicolo Boldoni, Barnabita.* Adjuncta est libro illius, cui titulus, *Cielo in terra.* Neapoli, apud Hiacinthum Passarum, 1677. in 4.

POMPEIVS UGONIVS *Romanus*, Oratio funebris Urbani VII. Papæ. Romæ 1592.

POMPONIVS INFORTVNATVS, Vide JOANNES SVLPITIVS.

PORPHYRIVS *Tyrius*, scripsit de Vitis Philosophorum Libros quinque, & Vitam Plotini Philosophi Platonici, præceptoris sui.

PRASCHIVS, *Consul Ratisponnensis*, edidit anno 1675. Vitam Joannis Ottonis Taboris, hoc titulo, Mausolæum Joannis Ottonis Taboris J. C.

PRIDEAVX, *Theologiæ Doctor*, *La Vie de Mahomet, où l'on découvre amplement la Verité de l'imposture.* Amstelodami, apud G. Gallet, 1698. in 8.

PROCLVS, *Lycius*, *Philosophus Platonicus*, reliquit Librum de

de Poëtis, in quo recenset eorum genus, Patriam & quædam Opera metris ligata. Phot. in Biblioth.

PROFESSORES Academiæ Wittebergensis, Brevis narratio exponens quo fine, Vitam in terris suam clauserit Philippus Melanchton, unà cum præcedentium proximè dierum, & totius morbi quo confectus est brevi descriptione. Wittebergæ, 1560. in 4.

PROSPER INTROCESSA, CHRISTIANUS HERETRICH, FRANCISCUS ROUGEMONT & PHILIPPUS COUPLET *Iesuitæ*, Confucius Sinarum Philosophus. Parisiis, apud Danielem Hortemel 1687. in folio. In Procœmio agunt de Libris Sinensium, Interpretibus Sectarum, & Philosophiæ quam vocant naturalem.

PROSPER MANDOSIVS, *Nobilis Romanus, Ordinis S. Stephani Eques*, Bibliotheca Romana, sive Scriptorum Romanorum Centuriæ. I. Volumen. Romæ, 1682. in 4. Typis ac sumptibus Ignatii de Lazaris. Secundum Volumen prodiit, ibidem, 1692. in 4. In Secundo Volumine enumerat omnia Scripta sua & asserit se moliri editionem tertii Voluminis istius Bibliothecæ, in quo agetur de Scriptoribus præstantibus ex diversis locis ortis, Romanâ tamen civitate donatis; Item Bibliothecam Equestrem. Asserit etiam Bonannum Jesuitam parare Catalogum Scriptorum Societatis Jesu qui opera sua publicârunt post annum 1675.

Idem, composuit Vitas Academicorum Humoristarum, quas nondum edidit.

Ejusdem, ΘΕΑΤΡΟΝ, in quo Maximorum Christiani Orbis Pontificum Archiatros, Prosper Mandosius exhibet. Romæ, Typis Francisci de Lazaris, 1696. in 4.

PRUDENTIUS de SANDOUAL *Pincianus Benedictinus*, edidit Hispanicè Catalogum Episcoporum Ecclesiæ Pampelunensis. Pampelunæ 1615. in fol.

P. T. *Advocatus in Senatu Parisiensi*, *Histoire du Droit Romain, où il est traité d son Origine, de son progrés, de sa decadence, de son retablissement, de sa perfection, & de son autorité, & par occasion des Vies des Iurisconsultes anciens & modernes.* Parisiis, apud Eliam Josset, 1678. in 12.

QUESNEL, *Congregationis Oratorii Socius*, Designatio Operum Joannis Morini, non ante impressorum, quæ brevi in lucem dabit dictus Quesnel. 1667.

RADULPHUS de RIVO, *Brabantus Decanus Tungrensis*, Historia de rebus gestis trium Pontificum Leodiensium, Engelberti à Marka, Joannis de Arkel, & Arnoldi de Horn, quam primus in lucem edidit Joannes de Chapeaville rerum Leodiensium, Historia, Leodii, 1611. in 4. Tom. III. edita.

RAPHAEL REGIUS, suis Enarrationibus in Ovidii Metamorphoses præmisit ejus Vitam. Venetiis 1505. fol.

RAPHAEL RIPA *Venetus, Ordinis Prædicatorum*, Oratio in funere Bernardini Paterni, Patavii Medicinam practicam primo loco profitentis. Patavii, apud Paulum Mejenum, 1592. in 4.

RAPHAEL TORIUS, Epistola de Isaaci Casauboni morbi, mortisque causâ, adjecta ejusdem Epistolis curâ Joannis Georgii Grævii editis.

RAYMVNDVS CAPISVCCHIVS *Ordinis Prædicatorum* Oratio Panegyrica in laudem Thomæ Aquinatis. Prosp. Mandosi. in Biblioth. Romana.

REGINALDVS *Episcopus ab A. 965. Eystatiensis*, scripsit Vitam Wilibaldi Junioris, sive Eystatiensis. Vide Joan. Moller. Isag. in Hist. Chers. Cimbr.

REINERVS NEVHVSIVS *I. C. Gymnasii Alcmariani Rector*, Lib. I. Epist. Familiar. Epist. LV. enarravit patris sui Edonis Neuhusii, ejusdem Gymnasii Rectoris Vitam.

REINERVS REINECCIVS *Steinheimius*, *in Academiâ Iuliâ Professor*, De Dithmari Episcopi Merspurgensis Vita, & utriusque paternæ & maternæ stirpis familia, contexta à Chronic. ipsius Historia. Habetur ad Calcem ejusdem Chronici editi à Joanne Joachimo Madero, Helmstadii. Sumptibus Henrici Muller, 1667. in 4.

REMBERTUS *Archiepiscopus Hamburgensis*, scripsit Vitam Ansgani prædecessoris sui. Vide Moll. de eodem Ansgano, Intr. ad Hist. Chers. Cimbr. part. 2. p. 57.

REMIGIVS du FERRON, Vita Cardinalis Richelii. Aureliæ 1636.

RENATVS

RENATUS BENEDICTUS, *Andegavensis*, *Theologus Parisiensis*, conscripsit Catalogum Librorum, & Tractatuum à se editorum, quem adjecit Libro Catecheseon 1585. Parisiis, apud Gulielmum de la Noue impresso.

RENATUS de CERISIERS *Iesuita*, Vita & Elogium Boëtii Gallicè, præfixum ejus Consolationi Philosophicæ in eandem linguam conversæ, & Parisiis, apud Joannem Camusat, 1636. in 4. excusæ.

RENATUS CHARTERIUS, *Vendocinensis Doctor Medicinæ Parisiensis*, Galeni Vita ex ipso, & probatis Auctoribus collecta, digestaque. Extat in primo Tomo Operum Hippocratis & Galeni, Lutetiæ Parisiorum, apud Jacobum Villery, 1679. 3. Vol. editorum.

RENATUS GAUTIER, Vitæ Sanctorum, Gallicè. Parisiis, 1679. folio.

RENATUS MOREAU, præfixit Elogium Martini Akakia Medici Parisiensis ejus prælectionibus in Librum Hippocratis Coï de Morbis internis, Paris 1637.

Ejusdem, Vita Jacobi Sylvii Medici Parisiensis, in limine ejus Operum, Genevæ, 1637. in folio impressorum.

RENATUS RAPIN *Turonensis Iesuita*, Elogium Francisci Fouquet defuncti Parisiis, 1619.

RENATUS VALLINUS præfixit Vitam Anicii Manlii Severini Boetii ejus Consolationi Philosophicæ. Lugduni Batavorum, apud Franc. Hackium 1656. in 8.

RICHARDUS *Abbas Gallus*, recenset Jesuitas Romæ vel in Galliâ damnatos, in libro cui titulus, *Critique des Prejugez de Mr. Iurieu contre l'Eglise Romaine*, Parisiis, apud Eliam Josset, in 4. 1690. Ibidem extat Catalogus Librorum Jesuiticorum condemnatorum.

RICHARDUS BENTLEIUS *Anglus*, Apollonios & Philostratos celebravit in Dissertatione quam Operibus Philostratorum, ab illo edendis, adjectum iri Catalogi Vernales Lipsienses Anni 1694. promiserunt.

RICHARDUS *Presbyter*, *Regius Galliæ Historiographus*, molitur Historiam Academiarum Gallicarum, & Academicorum qui in iis floruerunt. Vide Ephemer. Erudit. Galliæ, 1695. 25. Nov.

RICHARDVS SIMON, *è Congregatione Oratorii*, Gabrielis Severi Monambasiensis Vitam descripsit, eamque subjunxit Opusculis ejusdem Severi, Parisiis 1686. in 4. apud Danielem Hortemels editis.

Ejusdem, Vita Joannis Marini Presbyteri, Congregationis Oratorii, præfixa ejus Antiquitatibus Orientalibus, Londini, in 8. excusis.

Ejusdem, *Histoire Critique des principaux Commentateurs du Nouveau Testament depuis le Commencement du Christianisme jusqu'à notre tems.* Roterodami, apud Regnetium Leers 1693. in 4.

RICHARDVS PARR, *Anglus*, *S. Theologiæ Doctor*, Vita Joannis Usserii Archiepiscopi quondam Armachani, ac totius Hiberniæ Primaris. Cui subjungitur Syllabus CCC. Epistolarum inter ipsum Virosque plurimos, pietate & eruditione celebres reciprocatarum, opera R. Parr. Londini, sumptibus Natanaelis Ranevv 1686. folio.

RICHARDVS PEARSON, Richardi Holdsvvort S.T.D. & in Collegio Greshamensi Professoris, Vita præmissa ejus Operibus, Londini, apud Gulielmum Wels, & Robertum Scott, 1661. in folio editis.

RICHARDVS SMITH, *Episcopus Chalcedonensis*, Florum Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglorum, Libri VII. Parisiis 1654. in folio editi, quibus non tantùm præmittuntur Elogia Catholicorum & Protestantium Scriptorum qui res Anglicanas tradiderunt, quorumque testimonio collector utitur, sed etiam sub singulis Anglorum Regibus de iis qui doctrinâ inclaruerunt & eorum Scriptis disseritur.

RICHARDVS STANIHVRSTIVS *Dublinensis*, De Vitâ S. Patricii, Libri duo. Antuerpiæ, Typis Plantinianis, 1587. in 4.

RICHARDVS STRANGIVS *Anglus*, *Northumbriensis Iesuita*, edidit Anglicè. De Vita & gestis S. Thomæ de Cantilupo Episcopi Herefordiensis, & Summi Angliæ Cancellarii, &c. Gandavi, Typis Roberti Walkeri, 1674. in 8.

RICHERIVS *Gallus*, *Monachus & Abbas S. Martini juxta Metim*, *Congregationis Cluniacensis*, descripsit Vitam S. Martini Episcopi Turonensis.

ROBERTVS

ROBERTUS BACO scripsit Vitam S. Eadmundi.

ROBERTUS CLAVEL, Generalis Catalogus Librorum in Anglia impressorum ab anno 1666. ad 1680. Londini, apud Robertum Clavel, 1680. in folio.

Catalogus Librorum Latinorum in diversis partibus Europæ impressorum, ab anno 1670. ad 1680. Ibidem, apud eundem, 1681. in folio.

ROBERTUS COCUS, *Ecclesiæ Leodiensis in agro Eboracensi Pastor, & olim in Academiâ Oxoniensi, Collegii Ænei-nasi Socius*, Censura quorundam Scriptorum quæ sub nominibus Sanctorum & Veterum Autorum à Pontificiis citari solent, in quâ ostenditur Scripta illa vel esse supposititia, vel dubiæ saltem fidei. Londini, impensis Gulielmi Barret, 1614. in 4. & 1623. in 4.

ROBERTUS MARTINUS, Catalogus Librorum pluribus linguis scriptorum qui prostant Venales apud Robertum Martinum. Londini, Typis Thomæ Harfer, 1640. in 8.

ROBERTUS RIGUEZ *Iesuita*, agit de Velleii Paterculi genere, Vita & Scriptis, in Præfatione apposita ejus Operibus, notis & interpretatione à se illustratis. Parisiis, 1675. apud Fridericum Leonard. in 4.

ROBERTUS RUSCA, *Breve Compendio d'alcuni huomini illustri per dignita, Santita e dottrina.* Mediolani, 1598. 4.

ROBERTUS TURNERUS *in Academiâ Ingolstadiensi Professor*, Oratio de S. Thoma Archiepiscopo Cantuariensi & de laudibus S. Joannis Apostoli: Item, Oratio in funere Caspari Franci Doctoris & Professoris Ingolstadiensis, & in funere Martini à Schaumburg Episcopi Eystadiensis. Habentur inter ejus Orationes, Coloniæ Agrippinæ, apud Joan. Kinckium, 1629. 8.

RODERICUS de CUNHA, *Lusitanus*, Historia Archiepiscoporum Bragarensium, & Virorum illustrium ejusdem Archiepiscopatus. Bracharæ, 1634.

RODERICUS DOSMA DALGADO *Pacensis*, *Canonicus ejusdem Ecclesiæ*, Catalogus Episcoporum Pacensium, vulgò Badajoz. Pinciæ, 1594. in 4.

RODOLPHUS COLLINUS *Lucernensis Helvetius*, descripsit vitæ suæ cursum, quem doctissimus Joannes Henricus Hottingerus asserit se habuisse *αὐτόγραφον*, Bibl. Tigur. p. 91.

RODOLPHUS GOCLENIUS *Professor Marpurgensis*, edidit Orationem de Vitâ Socratis, quæ reperitur inter Orationes Marpurgenses, 1590. in 8. editas.

Ejusdem, Oratio in obitum Petri Nigidii Senioris. Adjecta ejus Elencho Professorum Academiæ Marpurgensis. Marpurgi Cattorum, curante Paulo Egenolpho, 1591. 8.

RODOLPHUS GUALTERUS *Tigurinus filius Rodolphi Zuvinglii Reformatoris generi*, Carmina in imagines Virorum superioris sæculi, quæ in parietibus Typographiæ Froschoverianæ, depicta extabant, teste eodem Hottingero, ibidem.

RODOLPHUS de NOVIOMAGO *Gelder*, Vita Alberti Magni ex Ordine Prædicatorum. Libri IV. Coloniæ 1490.

RODOLPHUS WETSTENIUS *Basileæ Sanctæ Theologiæ Professor*, Memoria benedicta Theodori Zvvingeri Ecclesiæ Basileensis Antistitis, & in Universitate Theologiæ Professoris, historicâ Vitæ mortisque descriptione. Basileæ, excudit Georgius Deckerus, 1655. in 4.

RODULPHUS *Presbyter*, Vita Rabani Mauri, Archiepiscopi Moguntini, Operibus ejus præfixa. Coloniæ, 1627. VI. Tomis.

ROGER de RABUTIN, *Comes de Bussi* scripsit propriam Vitam, Gallicè. Parisiis, apud Joannem Anisson 1697. in 4.

ROLANDUS MARESIUS *Parisinus*, frater Joannis Maresii celebris Poëtæ Galli, in Epistolis Philologicis à se vulgatis Parisiis primùm, deinde Lipsiæ 1687. Sumptibus Joannis Caspari Mejeri in 12. differit de nonnullis Viris doctis, & præsertim de Michaele Montano, (Gallicè Montagne) lib. 1. Ep. 22. De Plutarcho & ejus interprete Amioto. Ep. 24. De Jovio. Epist. 41. de Salmasio. Ep. 44. Comparat Plautum & Terentium, Propertium & Tibullum Lib. 2. Ep. 6. Agit de Ariosto & Tasso, & de Ronsardo Epist. 15. De Sarravio. Epist. 34. De Plinii Historia naturali Epist. 40. De Fabri Pibracii Tetrastichis, Epist. 42. De amatoriis fabulis Lib. 1. Ep. 20. de Gnomologis Græcis & Latinis, lib. 2. Ep. 42.

ROLLANDVS OVERSTRATIVS *Bruxellensis Iesuita*, edidit Belgicè ex Hispanico Vitam S. Matris Theresiæ.

Bruxellæ, apud Velpium, & auctiùs, Antuerpiæ, apud Aertsens, 1634.

ROUSSUS WARWICENSIS contexuit Catalogum Scriptorum Angliæ, teste Gulielmo Bishopo. Præfatione in Joannis Pitsei relationes Historicas de Rebus Angliæ.

RUDOLPHUS CAPELLUS, Nummo-phylacium Ruderianum, antiquum & recentius, horis curisque succisivis in Sciagraphiâ exhibitum. Hamburgi, 1678. in folio. Adjectus est Nummographorum Veterum, atque Recentiorum Index.

RUPERTUS sive RALPERTUS *Thuregiensis*, *Monachus Monasterii S. Galli.* Vitam S. Galli Germanicâ Linguâ composuit quam Latinè postea vertit Eckerardus junior.

RUPERTUS TIGURINUS *Monachus Sangallensis*, Abbatum primorum Monasterii S. Galli Vitas prolixè descripsit, in Libro de Origine & diversis casibus Monasterii S. Galli in Alamanniâ, quem cum Notis edidit Melchior Haiminsfeldius Goldastus, 1606. Francofurti, Tomo I. Rerum Germanicarum.

SALOMON STEPNERUS *Eibenstochensis Misnicus*, Inscriptiones Lipsienses. Lipsiæ apud Eliam Fiebig 1675. in 4. Ibi leguntur Elogia multorum Virorum doctrinâ illustrium.

SALVUS CASSETTA, *Siculus Panormitanus*, *Ordinis Prædicatorum Magister Generalis*, conscripsit Vitam S. Valentini Monachi ejusdem Ordinis.

SAMVEL BENEDICTVS CARPZOVIUS, *VVittebergæ Professor Publicus*, Oratio funebris in obitum Joannis Mulleri Uratislaviensis, Theologiæ Doctoris & Hamburgi Pastoris. Wittebergæ, 1674. in 4.

SAMVEL CHAPVSEAV, *L'Europe Vivante*, Genevæ, apud J. Hermannum Widerhold, 1669, in 4. Ibi agit de Universitatibus & Academiis Eloquentiæ, & de Viris illustribus in omnibus professionibus.

SAMVEL CLARC, *Pastor Londinensis*, *Parochiæ quam vocant Bennet-Finck*, scripsit Anglico Idiomate Vitas eminentium quorundam hominum hujus sæculi. Liber impressus est Londini 1683. in folio.

SAMVEL GVICHENONVS, *Burgi Sebusianorum Advocatus*,

Advocatus, Episcoporum Bellicensium Chronographica Series. Parisiis, 1642. in 4.

SAMVEL MARESIVS *Groningæ Pastor, & Theologiæ Professor*, cum Henrico, & Daniele filiis publicarunt, Hagæ Comitis, 1670. in 12. Historiam Vitæ Joannis Labbadiæ, hoc titulo, *Histoire curieuse de la Vie, de la Conduite, & des vrais Sentimens du Sieur Iean de Labadie avec la modeste refutation de la declaration en forme de Manifeste publiée par Iean de Labadie, pour justifier ses desseins, & ses resolutions Schismatiques, qui luy ont attiré une juste deposition.*

SAMVEL PETRI BRASK, *Ostrogothus in Gymnasio Lyncopensi Eloquentiæ, & Poëseos Professor*, Oratio in Obitum Jonæ Petri Episcopi Lyncopensis. Lyncopiæ 1645. in 4.

SAMVEL PRZIPCOVIVS, *Eques Polonus*, Vita Fausti Socini, 1636. in 4. Eadem habetur in Bibliothecâ Fratrum Polonorum ejusdem Socini Operibus præfixa. Conversa est quoque in Linguam Belgicam & edita 1663. & 1664. in 8.

SAMVEL SCHARLATINVS, *Gardelegensis Medicinæ Doctor*, scripsit Librum de suâ Vitâ, Francofurti ad Oderam, 1626. in 4. impressum.

SAMVEL SCHMIDT, *Zittaviâ Lusatus*. In suo Hodego Epistolico. Quedlinburgi, apud Theodorum Philippum Calvisium 1688. in 8. edito, Autores qui de conscribendis Epistolis ex professo sunt commentati, & optimos Epistolographos ex veteribus & recentioribus recenset.

SAMVEL SORBERIVS, Dissertatio de Vitâ, & Moribus Petri Gassendi. Extat in ejusdem Gassendi Syntagmate Philosophiæ Epicuri. Hagæ Comitis, 1659. in 4. Londini, 1660. in 12. & Lugduni 1658. in folio, cum ejusdem Gassendi Operibus.

Idem, in Libro cui titulus, *Relation d'un Voyage d'Angleterre*, Parisiis, & apud Batavos edito, multa habet de Batavis & Anglis doctrinâ illustribus.

Idem, in Libro inscripto Sorberiana, sive Excerpta ex Ore Samuelis Sorberii, Tolosæ 1691. & 1694. excuso, differit de plurimis Viris Doctis.

Idem, in Epistola, *de l'Etat des Sciences en Hollande, à Mr. de Beautru*, anno 1660. scripta, agit de Medicis, Mathematicis, & Philosophis

losophis Belgicis. Et in discursibus, & Epistolis, Parisiis, 1660. apud Franciscum Clousier in 4. editis Ep. 64. quædam ad Virorum doctorum historiam pertinentia scribit: Ep. 87. & 88. multa scitu digna narravit de Renato Descartes.

SANCTIVS d'AVILA, *Placentinus in Hispaniâ Episcopus, S. Teresæ à Confessionibus*, scripsit Vitam Petri Cornæio Carmelitæ, quam præfixit ejus Operibus, Bambergæ, sumptibus Joannis Arnoldi Choleri, 1671. II. Vol. in folio editis.

SANTRA, scripsit Opus de Vitis illustrium Virorum. Laudat eum S. Hieronymus in Præfatione Libri de Scriptoribus Ecclesiasticis.

SATYRVS, *Philosophus Peripateticus* scripsit Librum de Vitis illustrium Virorum, Laudatum ab Athenæo, Laërtio & Sancto Hieronymo.

SCÆVOLA SANMARTHANVS, Elogia Doctorum in Galliâ Virorum. Jenæ apud Ernestum Claudium Baillard 1696. in 8.

SCHABTAI, *Ben Ioseph Rabbi*, Labia Dormientium, hoc est, Catalogus Librorum Rabbinicorum, continens non solùm titulos Librorum, sed etiam nomina Autorum, Sæculum in quo floruerunt, & materiam de quâ tractant. Amstelodami, 1683. in 4.

SCIPIO CAFARELLVS *Pauli V nepos, Bononiæ Archiepiscopus*, edidit Carmen de Laudibus Cardinalium & Episcoporum à Paulo V. creatorum. Prosp. Mand. Bibl. Rom.

SCIPIO SGAMBATVS *Neapolitanus Iesuita*, parabat prælo, cùm mortuus est, de Scriptoribus Hebraicis Tomos tres.

SCVDERITA *Soror Georgii de Scuderi, Vnius è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis*, delineavit Vitas aliquot Gallorum doctrinâ illustrium & præsertim Poëtarum, in libro cui titulus *Conversations nouvelles sur divers sujets*, Parisiis, & Hagæ-Comitis edito. Tomo II.

SEBALDVS MVNSTERVS, Oratio de Vita Irnerii Jurisconsulti. Extat Tomo II. Orationum Philippi Melanchtonis.

SEBASTIANVS *Episcopus Bisunianensis, Breve Raccolta della Vita del Venerabile P. M Fr. Francesco Donati Romano, dell' Ordine de' Predicatori*. Romæ, 1672. 4.

SEBASTIANVS de ABREU *Lusitanus Iesuita*, Vita

Hh Joannis

Joannis Cardini è Societate Jesu, Lusitanicè. Eboræ, typis Academicis, 1649. in 4.

SEBASTIANUS CASSINENSIS, *Monachus qui vivebat anno* 1060. litteris prodidit Vitam æqualis sui S. Hieronymi, ejus qui B. Benedicti fuit discipulus.

SEBASTIANUS CORRADUS, *Bononiæ Latinarum & Græcarum Litterarum Professor.* In ejus Quæstura edita Basileæ 1556. & Lugduni Batavorum, apud Cornelium Driehuysen 1667. in 12. Vita Ciceronis refertur, ejus Opera enumerantur & digeruntur. Extat etiam Vita M. Tullii Ciceronis filii Quinti Tullii Ciceronis fratris, Tulliæ Ciceronis filiæ, nec non eorum qui scribunt apud Ciceronem.

Idem, scripsit Vitam Virgilii, quæ extat in limine Commentariorum Friderici Taubmanni in eundem Poëtam. Apud Zachariam Schurerum, 1618. in 4.

SEBASTIANVS FESCHIVS *Basileensis.* Memoria posthuma Jacobi Brandmylleri Basileensis, in Academiâ patriâ Pandectarum Professoris. Basileæ, Typis Joannis Brandmylleri, 1678. in 8.

SEBASTIANVS GANOT, *La Vie de Robert d'Arbrissean Fondateur de l'Ordre de Fontevraud. A la Flèche, chez G. Griveau*, 1648. in 8. Eadem Latinè, Rothomagi, apud L. Maurry, 1668. in 8.

SEBASTIANUS MEJERUS, *Rector Lubecensis*, Oratio in obitum Enochi Svantenii, Malchino-Megalopolitani, Parochi Bordesholmensis. Gustroviæ, 1624.

SEBASTIANUS de la PARRE *Cistercienses*, De Laudibus Ignatii Loyolæ carmina, Latinè & Hispanicè. Salmanticæ, 1610.

SEBASTIANUS SCHMIDIUS, *Theologus Argentoratensis*, edidit Orationem funebrem in Obitum Joannis Schmidii, Budissinâ-Lusati, insignis Theologi.

SEBASTIANVS TEGNAGELIVS *Cæsareæ Majestatis Bibliothecarius*, Catalogus quorundam Manuscriptorum Codicum, Arabicorum, Persicorum, Turcicorum, & Hebraicorum quos legavit Bibliothecæ Vindebonensi, ubi etiam nunc summa curâ asservantur. Extat lib. 1. Comment. P. Lambec. de Bibl. Vind. p. 168. & seqq.

SEBA-

SEBASTIANVS TITIO, *sive* BRANDT, *Argentinensis Iurisconsultus & Consiliarius*, vulgavit Historiam Evangelistarum, variis Picturis illustratam, de qua vide Hottingerum in Bibliothecario p. 127.

* SECVNDVS LANCELLOTVS, in fine Partis Secundæ, & tota parte tertiâ Operum suorum Italicorum agit de falsitate & mendaciis Historicorum quos Ordine Alphabetico recenset parte septimâ.

SERADUS CROESUS, Historia Quakeriana in quâ præsertim agitur de Quakerorum præcipuis Antecessoribus, & Dogmatis, Factisque, ac Casibus memorabilibus. Amstelodami, 1695. in 8.

SERAPHINVS de PASTIS *Canonicus Regularis Lateranensis*, edidit Orationem habitam in funere Alexandri Cardinalis Ursini. Romæ, 1617.

SERVATIVS ÆDICELLVS *Agrippinas*, Vitam Sancti Willebrordi, Riponâ-Northumbri, Frisiæ Archiepiscopi, primi atque ultimi, (nam ejus Successores Episcopi fuere) carmine Heroico descripsit, teste Balæo, & Vossio.

SERVATVS GALLÆVS, Vita Lactantii præfixa ejus Operibus, cum Selectis Variorum Commentariis. Lugduni Batavorum, 1660. apud Franciscum Hackium, 8.

SETHVS CALVISIVS *Gorschelobio Thuringus, Theologiæ Doctor, Pastor, & Superintendens Vinariensis*, in Opere Chronologico à se edito, multos Viros doctrinâ & Scriptis illustres recenset.

SEVERINVS LVBOMLIVS, *Polonus*, Turris Babel, seu, Hæresiarcharum omnium Catalogus, mirabili ingenio, & laudabili opere, in tabulâ exhibitus. Verba sunt Staravolscii, in lib. de Polon. Script.

SEVERINVS WALTHERVS SLVTERVS, *Ecclesiarum ad Inferioris Saxoniæ Ducatum Leoburgicum pertinentium Generalis Superintendens*. Prophylæum Historiæ Christianæ, sistens Enarrationem Methodicam Scriptorum Veterum atque recentiorum, cùm generatim ad Historiam Ecclesiæ Christianæ, tum speciatim ad ejusdem Topographiam, Prosopographiam, Pragmatographiam, & Polemographiam facientium. Francofurti ad Mœnum

Hh 2 1680.

1680 Lipsiæ, & Luneburgi, apud Joannem Georgium Lipper, 1696. in 4.

SEXTUS POMPONIUS, in L. 2. ff. de Origine Juris, agit de primis Jurisconsultis, qui ab Urbe condita ad Adrianum Imperatorem usque jus Civile professi sunt.

SIDONIUS APOLLINARIS, Vitam Apollonii Tyanæi Philosophi Pythagorici è Græco in Latinum convertit, & Leoni Evarigis, Gothorum Regis Consiliario misit, ipso teste Ep. 3. lib. VIII.

SIGISMUNDUS RYBISCH, Monumenta & Elogia illustrium Virorum per Italiam, Galliam, & Germaniam. Francofurti, 1585. folio, curâ Marci Zueri Boxhornii Amstelodami, 1638. in folio.

SIMARISTUS scripsit de Viris doctis ejusdem nominis. Vide Jons. de Scripr. Hist. Phil.

SIMON FORNARUS, Vita Ludovici Ariosti Italicè, præfixa ejus Operibus, Venetiis, 1596. & 1619. editis.

SIMON GUNTON, Historia Ecclesiæ Petroburgensis, in quâ Vitæ Abbatum & Episcoporum, qui isti Ecclesiæ præfuerunt, describuntur, cum Suplemento Simonis Patricii. Londini, typis Richardi Chisvvel, 1686. fol.

SIMON HENRICUS MUSÆUS, *In Academiâ Kilonensi Iuris naturæ Professor*, Oratio Panegyrica de Vitâ Joannis Paulini Olivenkrans, Consiliarii Suecici, subjecta tabulis in Hugonis Grotii Librum de Jure belli ac pacis, ab eodem Olivenkrans evulgaris, & Kilonii, 1688. typis Jacobi Becmanni, in folio excusis.

SIMON JOANNES ARNOLDUS, *Vide* JOANNES ARNOLDUS.

SIMON LE BOSSU, *Parisinus*, *Iesuita*, Oratio funebris de Pomponio Bellevræo, Galliarum Senatus Principe, Gallicè. Parisiis Typis Cramoisianis, 1657. in 4.

SIMON MARTIN *Parisinus, Ordinis S. Francisci de Paula*, Vita Ludovici Granatensis Gallicè, præmissa eius Operibus in eandem Linguam conversis. Parisiis, apud Viduam Sebastiani Huré 1656. folio.

SIMON PATRICIUS. *Vide* SIMON GUNTON.

SIMON PAULI, *Theologus Rostochiensis*, edidit Orationem

nem de Vitâ Alberti Krantzii, quæ à Petro Lindenbrogio allegatur lib. 5. Chronici Rostoch. c. 8. p. 106.

SIMON RUYTINGUS, Vita Emmanuelis Demetrii Meterani Antuerpiensis.

SIMON STARAVOLSCIUS, *Polonus Primicerius Tarnoviensis*, Monumenta, seu, Epitaphia illustrium Sarmatarum. Cracoviæ folio, apud Franciscum Cæsarium 1655. ubi extant Elogia multorum Virorum doctrinâ Clarorum.

Ejusdem, Laudatio funebris Nicolai Wolscii, adjuncta Camaldulæ Argentini, ab eodem Staravolscio compositæ, & ibidem, 1650. editæ, in 12.

SIMON STENIUS *Lomacensis, Professor publicus Heidelbergæ*, Oratio quâ publicè Caspari Peucero Heidelbergæ Philosophiæ & Medicinæ Doctori, Archiatro & Consiliario Palatino, parentatum est. Servestæ imprimebat Joannes Schleer, 1603. in 4.

Ejusdem, Orationes funebres Danielis Tossani, in Academiâ Heidelbergensi Theologiæ Professoris, & in obitum Pauli Schedii Melissi Franci, Consiliarii, & Bibliothecarii Palatini. Heidelbergæ, Typis Voegelianis, 1602.

Ejusdem, Oratio in Funere Nicolai Reusneri. Jenæ, 1603. in 4.

SIMON de VALHERBERT, Scripsit Vitam Domini de Casencuve, quæ adjecta est Ægidii Menagii Originibus Linguæ Gallicæ. apud J. Anisson. Parisiis, 1694. in folio editis.

SIMON VALLEMBERTUS, De Vita Marci Tullii Ciceronis. Parisiis 1587. in 8.

SIMON de VASCONCELLOS, *Lusitanus Iesuita*, edidit Lusitanicè Vitam Joannis Almeidæ, Societatis Jesu, Olysippone, 165. in folio. Vitam Josephi Anchietæ. Ibidem, 1672. in folio.

SIMON WYSOCKI, *Ruthenus in Polonia, Iesuita*, edidit Polonicè Vitam S. Ignatii Loyolæ, ex postremâ Petri Ribadeneiræ, & Aloysii Gonzagæ, necnon Vitam Joannis Calvini, ex Hieronymo Bolsecio.

SIMPHORIANUS CAMPIER, *Ducis Lotharingi Medicus*, anno 1507. edidit Librum de Claris Lugdunensibus.

SIXTUS SENENSIS, Ejus Bibliotheca Sancta, (cujus varias editiones vide in Catalogo nostro Autorum & Bibliotheca-

rum) cæteris Religionis suæ Sociis ob variam Scriptorum copiam, & erectum in multis Judicium est anteferenda, Judice Doctissimo Jo. Henr. Hottingero in Bibliothecario, p. 11.

SORANVS *Arabs*, Avicennæ Vitam descripsit. Extat in limine Avicennæ Operum, à Nicolao Masson Latinitate donata, Venetiis apud Juntas, 15,5. in folio.

Idem, Vitam Hippocratis litteris consignavit.

SORANUS, *Ephesius Medicus*, scripsit Vitas Medicorum.

SOTERICVS *Oasites*, Vitam Apollonii Tyanæi descripsit, Auctore Suida.

STANISLAVS LVBIENIECIVS, *Eques Polonus*, In Historia Reformationis Poloniæ, Freistadii, apud Joannem Aconium, 1685. in 12. edita, agit de Serveti, Valentini Gentilis, Joannis Sylvani, & Bernardini Occhini dogmatibus, & morte. Disserit etiam de Paulo Alciato, Matthæo Gribaldo, & Adamo Ministro Heidelbergensi.

STANISLAVS LVBIENSKI, *Episcopus Placensis*, Series, Vitæ, & res gestæ Episcoporum Placensium. Cracoviæ, 1642. in 4. & Vita Matthæi de Buzencin Pstrokonski, Episcopi Uladislaviensis & Regni Poloniæ Cancellarii.

STANISLAVS RESCIVS, *Protonotarius, & Referendarius Apostolicus, Abbas Andrecovia in Poloniâ.* Vita Stanislai Hosii Poloni, S.R.E. Cardinalis, Majoris Pœnitentiarii, & Episcopi Warmiensis. Romæ, 1587. & Olivæ, 1690. 8.

STEPHANVS ALGAY de MARTIGNAC, *La Vie des Archevesques de Paris.* Parisiis, 1699. in 4.

STEPHANVS BALVSIVS *Tutelensis*, Libro inscripto, Vitæ Paparum Avenionensium. II. Vol. Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1693. Elogia multorum Virorum doctrinâ illustrium, inseruit.

Idem, de Vita Salviani egit in principio ejus Operum, Bremæ, 1688. in 4. editorum.

STEPHANUS BONAFACCIA, *Romanus*, egit de X. Stephanis Pontificibus, ac omnibus Viris illustribus qui Stephani nomen habuêre, in Opere inedito cujus mentio fit in Vol. II. Bibliothecæ Romanæ Prosperi Mandosii.

STEPHANVS BRICKINTONUS *Anglus, Ordinis Benedicti*

Benedicti in Monasterio Cantuariensi Monachus, scripsit Opus de Cantuariensibus Episcopis, & Catalogum Eliensium Episcoporum.

STEPHANUS CHAMILLARD *Jesuita*, Vita Aurelii Prudentii Clementis, præmissa ejus Operibus, Parisiis, apud Viduam Claudii Thibouft & Petrum Esclassan, 1687. in 4. editis.

STEPHANUS CHAUVIN *Nemausensis*, *Berolini Pastor Gallorum Extraordinarius*, & *Philosophiæ Professor*, Roterodami Ephemerides Eruditorum adornavit per aliquod tempus, & jam idem Opus, maximo cum applausu, continuat Berolini, sub Auspiciis Amplissimorum & Illustrissimorum Virorum, Domini Eberardi de Dankelmans primi Status Ministri, & supremi Præsidis omnium Consiliorum suæ Serenitatis Electoralis Brandenburgicæ, Domini Ezechielis de Spanheim, & Domini Danielis Ludolfi de Dankelman, ejusdem Serenissimi Electoris Ministrorum Status, Litteratorum Mæcenatum.

STEPHANUS COSME, *Præpositus Generalis Clericorum Regularium, Congregationis de Somasco*, *Memorie della Vita di Giovanni Francesco Morosini, Vescovo di Brescia.* Venetiis, 1676. in 4.

STEPHANUS CURCELLÆUS, *Genevensis*, *Amstelodami apud Remonstrantes Theologiæ Professor*, Vita Simonis Episcopii Amstelodamensis, in Academiâ Lugduno-Batavâ Theologiæ Professoris, præfixa ejus Operibus. Amstelodami, ex Typographiâ Joannis Blaeu, 1665. II. Vol. in folio.

STEPHANUS DAMALEVICIUS ISARTA, *S. Theologiæ Doctor*, *Canonicus Regularis Congregationis Lateranensis*, *ad S. Nicolai Calissii Præpositus*, Series Archiepiscoporum Gnesnensium, atque res gestæ. Varsoviæ, typis Petri Elert, 1649. in 4.

STEPHANUS JOANNES STEPHANIUS, præfixit Vitam Saxonis Grammatici ejus Historiæ Saxoniæ, Soræ, 1644. excusæ.

STEPHANUS MACROPIUS *Andreæ-Montanus*, edidit Orationem Parentalem, quam memoriæ Henrici Ranzovii consecravit hoc titulo, Immortalitas Viri illustris Henrici Ranzovii, Herois gloriosissimi, mortalibus induviis exuti, in ejusdem exequiis Oratione publicâ æternitati demandata. Hamburgi, 1599. in 4.

STE-

STEPHANVS MORINVS, Samuelis Bocharti Opera omnia, hoc est, Phaleg, Canaan, & Hiero-Zoïcon, quibus accessêre Variæ Dissertationes hactenus ferè omnes ineditæ &c. Præmittitur Vita Clarissimi Auctoris à Stephano Morino litteris mandata, cum Variorum ejus Operum recensione. Editio tertia, Lugduni Batavorum apud Cornelium Boutestein, & Jordanum Luchtmans, Trajecti ad Rhenum apud Gulielmum van de Water, 1682. folio.

STEPHANVS PIGNATELLVS *Romanus Academicus Fantasticus*, *Infœcundus*, *& Humorista*. Scripsit Italicè Orationem de Laudibus Innocentii XI. Prosp. Mand. Biblioth. Romanâ.

STEPHANVS SIMONIVS *Sequanus*, Sylvæ Urbanianæ, sive, Gesta Urbani VIII. carmine. Antuerpiæ, 1637.

STEPHANVS PASQVIER, *Regis Galliæ Consiliarius, & ejus Advocatus Generalis in Camerâ Computorum Parisiensi*, in Epistola 10. lib. 7. Epistolarum, agit de Vita & morte Christophori Thuani, in Parlamento Parisiensi Primi Præsidis. Liber excusus est Lugduni, apud Frelon in 12.

STEPHANUS SZEGEDINUS, *Pannonius*, Speculum Romanorum Pontificum, in quo Decreta cum Verbo Dei pugnantia, Vitæ cursus, prodigia horrenda, accurata brevitate depinguntur, 1574. in 8.

STRAHOVILIENSIS *Monasterii Fratres Ordinis Præmonstratensis*. Vita Norberti, Parthenopolitani Archiepiscopi, Germaniæ Primatis, Conditoris & Patriarchæ Ordinis Præmonstratensis &c. Pragæ, ex Officinâ Typographicâ Pauli Sessii, 1627. in 4.

SVFFRIDIVS PETRI *Leovardiensis I. V. D.* egit de Gennadio in limine ejus Operis de Viris illustribus.

SURIRAY de S. REMY, *Ses Memoires de l'Artillerie*, Parisiis, 1697. In fine Præfationis extat Catalogus Autorum qui de istâ Materiâ scripsêrunt.

SYLVESTER II. Papa, GERBERTVS anteà dictus, Vita Adelberti Archiepiscopi Pragensis, ab Abrahamo Bzovio edita, Romæ, teste Ludovico Jacob in Bibliothecâ Pontificiâ.

SYLVESTER MARVLI, *aliàs* MAVROLYCVS, *Messanensis*

Messanensis Patritius, Theologiæ Doctor, Cœnobii Rocca Amatoris Abbas, scripsit Librum de Viris Illustribus Ordinis Carthusiani; De Illustribus Siculis; De Sanctis Claris & Martyrio coronatis in Sicilia, & Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum. Hæc omnia ipse recenset in Libro à se Messanæ 1613. Italicè edito, De initiis & progressibus omnium Religionum.

SYLVESTER PETRA SANCTA, *Romanus Iesuita*, Vita Gregorii X. ex Italico Latinè reddita. Romæ, Typis Mascardi, 1655.

SYLVIUS CONRADUS *Prienus*, Additamenta ad Alfonsi Ciaconii Scriptum de Pontificum & Cardinalium Scriptis.

TALEMANT *Abbas Vnus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis*, contexuit Vitam Jacobi Benseradi Nobilis Normanni Socii ejusdem Academiæ, teste Petro Bælio in Dict. Critic. p. 543.

TANAQUILLUS FABER transtulit in Linguam Gallicam Vitam Aristippi à Diogene Laërtio descriptam. Parisiis 1668. in 12.

TASCIUS, Apollonii Tyanei Pythagorici Vitam è Nicomachi Schedio exscriptam edidit, teste Sidonio lib. VIII. Epist. 3.

TELEPHUS *Grammaticus Pergamenensis*, scripsit Vitas Poëtarum Tragicorum & Comicorum.

TERESA de JESU scripsit suam Vitam Hispanicè, Antuerpiæ, ex Officinâ Plantinianâ 1630. in 4.

THEANDER BUGNOTIUS, Vitam Joannis Barclaii præfixit ejus Argenidi, Lugduni Batavorum, & Roterodami, ex Officinâ Hackianâ, 1664. in 8.

THEOBALDUS HOCK *à Zuveybruck*, Amica admonitio de Roberti Bellarmini Scriptis atque Libris. Lugduni Batavorum, apud Christoph. Pacificum, 1606. 4.

THEOBALDUS STOZIUS, *Suevus Iesuita*, transtulit è Linguâ Latinâ in Germanicam, Vitam Ignatii Loyolæ, à Petro Ribadeneira conscriptam.

THEODATUS FRITHONA *Anglus, Vest-Saxo. Archiepiscopus Cantuariensis* Vitas Archiepiscoporum Cantuariensium descripsit.

THEODORUS AGRIPPA d'AUBIGNE' scripsit propriam Vitam ineditam.

THEODORUS CRAANE *Teutoburgensis, in Academiâ Lugduno-Batavâ Medicinæ Professor, inde Serenissimi Electoris Brandenburgici Consiliarius & Archiater*, edidit Orationem in Obitum Arnoldi Syeni Medici.

THEODORUS EBERTUS *Francofurti ad Oderam Hebraicæ Linguæ Professor*, Introductio Aphoristica ad discursum Artium & Disciplinarum Methodicè XIV. Sectionibus comprehensa. Additus est Catalogus Patrum & Doctorum Ecclesiæ, & quo tempore vixerunt. Francofurti ad Oderam, 1619. & 1628. in 4.

Ejusdem, Chronologia præcipuorum Linguæ Hebraicæ Doctorum ab initio Mundi ad sua tempora. Francofurti ad Oderam, 1620. in 4. Hic Liber perperam in nostro Catalogo Autorum, Jacobo Eberto, Parenti Theodori tributus fuerat.

THEODORUS FUIREN *Junior*, Donum Librarium, seu, Catalogus Variorum Librorum, quos Academiæ Regiæ Hafniensi donavit, cum Præfatione Th. Bartholini. Hafniæ 1675. 4.

THEODORUS GRASWINCKEL *Jurisconsultus Delphensis*, publicavit Carmine Hexametro Vitam Theodori Canteri Groningensis.

THEODORUS JANSSONIUS ab ALMELOVEEN, Antiquitatum è Sacris Profanarum Specimini, Amstelodami 1689. & 1692. in 8. edito, apud Janssonio-Waesbergios, adjecit Catalogum Plagiariorum. Idem Catalogus altera parte auctior prodiit. Accessit Henrici Sypesteinii De Plagiatiis Epistola. Ibidem 1691. 8.

Idem, quædam de Isaaci Casauboni, Henrici Stephani generi variâ fortunâ & Vitâ inseruit libro de Vitis Stephanorum, Amstelodami 1683. 8. Ibidem enumerat præstantissimos Typographos sæculi præteriti.

Ejusdem, Bibliotheca promissa & Latens, Gaudæ, apud Justum ab Hoeve, 1692. in 12. Huic subjunguntur Hieronymi Welschii de Scriptis suis ineditis Epistolæ, ubi asserit se inter alia composuisse Bibliothecam Medici eruditi, Historiam Medicorum Orientalium, De Scriptis Medicis Librum, Lipsium de Bibliothecis cum Notis auctiorem, Notitiam Pinacothecarum, De Medicis illustribus

bus Augustanis Commentarium, Bibliographiam Politicam, Notitiam Autorum Panglottam, Gasparis Scioppii Pædiam, S. Catalogum Librorum ex Manuscriptis, cum Notis & Animadversionibus.

THEODORUS PETREIUS *Campensis Belga Carthusianus*, Historia Chronologica Romanorum Pontificum & Imperatorum. Coloniæ, 1626. & 1628.

THEODORUS RYCKIUS edidit Orationem funebrem in obitum Joannis Friderici Gronovii.

THEODORUS SCHREVELIUS, Harlemum, seu Urbis memorabilia, progressus, Regimen Politicum. Lugduni-Batavorum, 1647. in 8. Ibi agit de Viris Doctis, qui in ea Urbe vixerunt, & eorum Opera recenset.

THEODORUS TRONCHINUS, *Genevæ Theologiæ Professor*, Oratio funebris in Obitum Simonis Goularti habita & edita Genevæ 1628.

THEODORUS VERHAVEN, *Gymnasiarcha Gravensis*, celebravit Viros doctos Amersfurto, Urbe Diœcesis Ultrajectinæ oriundos, in Descriptione Rerum Amersfurtiarum, curâ Antonii Matthæi, Juris in Academiâ Lugduno-Batavâ Professoris, edita Lugduni-Batavorum, apud Fridericum Haaring 1693. in 4.

THEODORUS ZWINGERUS *Basileensis*, *Philosophus & Polyhistor*, Icones aliquot Clarorum Virorum Germaniæ, Angliæ, Hungariæ, cum Elogiis, & Parentalibus. Basileæ, apud Cornelium Valdrich, 1589.

THEOPHILUS NEUBERGERUS *Concionator Aulicus Hassiacus*, Descriptio Vitæ & Obitus Martini Fusselii Sanctæ Theologiæ Doctoris, & Serenissimo Electori Brandenburgico à Concionibus Primariis, & Consiliis Sacris, 1629. in 4.

THEOPHILUS SPIZELIUS *Augustanus*, Vetus Academia Jesu Christi, in quâ XXII. priscæ sincerææque pietatis Professorum Icones exhibentur &c. documentis priscorum pietatis veræ Doctorum & Professorum illustrata. Augustæ Vindelicorum, apud Andream Gœbellum, 1671. in 4.

Ejusdem, Præcox maturitas Viri juvenis Joannis Jacobi Thummii Augustani S. Theologiæ Candidati, &c. delineata. Ibidem, 1670, in 4.

Ejusdem, Templum honoris reseratum, in quo L illustrium hujus ævi Orthodoxorum Theologorum Philosophorumque imagines exhibentur, & quibus monumentis librisque editis vel manuscripris inclaruerint disertè ostenditur. Accessit Antonii Reiseri Augustani de quibusdam claris hujus ævi Theologis Epistola. Ibidem, 1673. in 4.

Ejusdem, Fœlicissimus Litteratus, sive, de Conversione Litteratorum Commentarius. Ibidem, 1685. in 8.

THEOSTERICTUS *Cœnobii Mediciensis in Bithyniâ Monachus*, scripsit Vitam Nicetæ, quæ habetur Græcè & Latinè apud Henschenium, III. April.

THEUTONIUS *Olysipponensis Carmelita*, scripsit de Illustribus Viris sui Ordinis Librum unum.

THOMAS ÆGERIUS, *Lipsiensis, in Patriâ Archidiaconus Thomanus*, edidit Orationem Parentalem, in obitum Joannis Georgii Dorschei Argentoratensis, in Academiâ Rostochiensi Theologiæ Professoris.

THOMAS BANGIUS, *Theologiæ Doctor, ejusdemque in Academiâ Hafniensi Professor*, Oratio in obitum Christiani Thomæi Cancellarii Danici. Hafniæ, 1657. in folio.

Idem, composuit Librum, hoc titulo, Cœlum Orientis, ubi extat Bibliotheca Antediluviana.

THOMAS BARTHOLINVS *Hafniensis in Academiâ Patriâ Professor Honorarius, & Archiater Regius*, Cista Medica Hafniensis, variis Consiliis, Curationibus, Casibus rarioribus, Vitis Medicorum Hafniensium, aliisque ad Rem Medicam, Anatomicam, Botanicam & Chirurgicam referta &c. Hafniæ, 1662. Typis Matthæi Godicchenii, in 8.

Idem, scripsit Commentarium de Libris legendis, editum Hafniæ, 1676. in 8. Dissertationibus septem; *Parva quidem molis Liber est*, (Verba sunt Morhoffii in Polyhistore) *sed in quo quasi constipata sunt utilissima de Libris monita, & notitia ad multas disciplinas utilis.* Dissertatio prima multa habet de Academiâ & Bibliothecarum Hafniensium incrementis. Secunda, De Autoribus Suppositiitiis, Anonymis, Plagiariis, de Autorum patriâ, ætate, de singularum Nationum & Autorum genio, & Vitis Autorum. Tertia, de Linguis Scriptorum, Scriptoribus Milesiorum, & Versionibus.

Quarta,

Quarta, de Scribendi ratione veteri & nova, Manuscriptis antiquis Romanis, Danicis, Islandicis, editionum meliorum notis, Typographis, Voluminum formâ. Quinta, de titulis Librorum, Variis Librorum argumentis &c. Sexta, de Lectione Librorum, de Arte Mnemonicâ, de excerptis instituendis, Indicibus variis, Lexicis. Septima, de Electione Librorum & judicio circa Scriptores.

Ejusdem, Bibliotheca Anatomica, omnium Anatomicorum tam Veterum, quàm recentiorum, Scripta, inventa, Vitas, & Effigies complectens, quæ à flammis absorpta, ut ipse ait, in Libro de Bibliothecæ incendio, Hafniæ 1670. in 8. edito.

Ejusdem, Acta Medica, & Philosophica Hafniensia. Ibidem, sumptibus Petri Haubold, typis Georgii Godiani, 1673. annorum 1671. & 1672. 4.

Acta Medica & Philosophica Hafniensia, Anni 1673. Ibidem 1675. 4.

Acta Medica & Philosophica Hafniensia Annorum 1674. 1675. & 1676. Ibidem, 1677. 4.

Acta Medica & Philosophica Hafniensia Annorum 1677. 1678. & 1679. Ibidem 1680. 4. Quæ omnia V. Voluminibus comprehenduntur.

In illis Actis extant Catalogi Opusculorum Medicorum & Philosophicorum Hafniæ, vel ab Hafniensibus editorum.

Ejusdem, Oratio in obitum Joannis Mulenii. Hafniæ 1669. in 4. Oratio in obitum Pauli Moth, Archiatri Regis Daniæ. Ibidem, 1671. in 4. Orationes in obitum Olai Wormii, Henrici Fuiren Medicorum Hafniensium, & Nicolai Benzonis, Divi Marci Equitis, & Medici Ansburgensis Encomium. Habentur in Libro Orationum ejusdem Bartholini, Ibidem, 1667. in 12. edito.

Ejusdem, Elenchus Operum Marci Aurelii Severini. Neapoli 1643. in 4.

Idem, auxit edideitque compositum Librum à Fratre Alberto de Scriptis Danorum.

Idem, Catalogum Operum hactenus à se editorum exhibet in Consilio suo de Anatomiâ Practicâ, in cadaveribus morbosis adornanda. Hafniæ, 1674. in 4. Habetur quoque cum observationibus variis de Usu Medico. Ibidem, 1661. in 8.

THOMAS BRAY, *Theologiæ Doctor*, Bibliotheca Parochialis, five, præcipuorum Doctrinæ Christianæ Capitum, in quibus omnes Parochi paulò acuratiori studio versari debent, delineatio, unà cum Librorum studiis eorum maximè inservientium Catalogo. Londini, apud Robertum Clavel 1697. in 4.

THOMAS CHANDELER *Anglus, in Collegio Oxoniensi Theologiæ Professor*, Vita & Res gestæ Gulielmi Wickami, Fundatoris Collegii Novi. Extat MSC. penes Custodem, teste Anton. Wood. in Antiq. Univers. Oxon.

THOMAS CREECK *Anglus*, Vita Lucretii Cari, præmissa ejus Libris de Rerum natura, quibus Interpretationem & Notas adjecit Th. Creeck. Liber editus est Oxoniæ, è Theatro Sheldoniano, 1695. in 8.

THOMAS CRENIUS In Parte secunda suarum Animadversionum Philologicarum, & Historicarum, Lugd. Batavorum, 1696. 8. editarum, multa habet quæ ad pleniùs noscendos Scriptores quosdam celebriores, quà Veteris, quà Recentis ævi pertinent.

Idem, in Parte tertia ibidem 8. edita, exhibuit Catalogum eorum qui Artem Medicam professi, Theologica tamen scientia instructi fuêre, aut controversiis Theologicis se immiscuerunt.

THOMAS CROMPTON *Anglus*, in Præfatione Libri inscripti, Ecclesiæ Anglicanæ Politia, in Tabulas digesta, Auctore Richardo Cousino, Oxoniæ, 1684. in folio, ejusdem Cousini Vitam descripsit.

THOMAS DEMPSTERUS à MURESK, *Scotus I.C. Tolosæ, Parisiis, Pisis, & tandem Bononiæ Professor*, præmisit Antiquitatibus Romanis à se editis Lutetiæ Parisiorum, 1613. in folio, Elenchum Scriptorum omnium qui in Opere suo advocantur, illustrantur & corriguntur, cum brevibus Elogiis.

THOMAS FUIREN, *Medicus Hafniensis*, Supplementum Bibliothecæ Fuirenianæ, Medico-Mathematicæ, quod Patriæ Academiæ legavit cum Præfatione Thomæ Bartholini. *Hafniæ*, 1675. in 4. apud Godicchen.

THOMAS GALE edidit Opuscula quædam Mythologica, Physica, Græcè & Latinè, quibus apposuit Præfationem, in quâ agit de Scriptoribus Mythologicis. Amstelodami, apud Henricum Wetstenium, 1688. in 8. THO-

THOMAS GATAKERUS *Londinensis*, Ejus Vita propriâ manu descripta præmissa est Miscellaneis Sacris à se vulgatis. Londini, 1659. in folio.

THOMAS GOFFE *Anglus*, *Oxoniæ Theologiæ Baccalaureus*, Oratio funebris, Oxoniæ in Schola Theologica in obitum Henrici Savilii habita. Oxonii, 1622. in 4.

Ejusdem, Oratio funebris habita in Ecclesia Cathedrali Christi Oxoniæ, in obitum Doctoris Gulielmi Godvvini, illius Ecclesiæ Diaconi. Ibidem, 1620.

THOMAS GORE *Anglus Armiger*, Catalogus in certa Capita, seu Classes Ordine Alphabetico concinnatus plerorumque omnium Auctorum, tam antiquorum, quàm recentiorum, qui de Heraldicâ Latinè, Gallicè, Hispanicè, & Anglicè scripserunt. Oxoniæ, Typis Leon. Lichfield. 1674. in 4.

THOMAS HEIDE *Bibliothecarius Oxoniensis*, pollicitus est Librum de Scriptis Anonymis, quem nondum edidit.

THOMAS HOBBES *Anglus Malmesburiensis*, Magni Philosophi Th. Hobbes Vita, partim per se ipsum, partim per Dr. R. B. conscripta cum Elencho Autorum, qui pro se, & contra ipsum scripserunt, & Catalogo Librorum per eundem scriptorum & editorum. Londini, 1682. in 12.

THOMAS JAMESIUS *Proto-Bibliothecarius Thomæ Bodleii*, Index Generalis Sanctorum Patrum. Londini 1624.

Idem, Vita Georgii Wicelii Majoris. Habetur in Fasciculo Rerum expetendarum. Londini 1690. in 12. edito.

THOMAS de JESU, *aliàs* ANDREAS, *Lusitanus Augustinianus Eremita*, *La Vida del Venerabile Padre Ludovico de Montjoya.* Olisippone, 1588.

THOMAS JORDANUS *Medicus*, Vita Joannis Dubravii Olomuzensis Episcopi, præfixa ejus Historiæ Bohemicæ. Francofurti in 8. 1687. impensis Joannis Georgii Steck.

THOMAS ITTIGIUS, *Lipsiensis S. Theologiæ Licentiatus*, *& Ædis Nicolaitanæ in Patriâ Archidiaconus*, De Hæresiarchis Ævi Apostolici, & Apostolico proximi, seu primi & secundi à Christo nato sæculi Dissertatio. Lipsiæ, 1690. in 4.

Ejusdem, Appendix Dissertationis de Hæresiarchis Ævi Apostolici & Apostolico proximi, &c. Ibidem, 1696. in 4.

THOMAS

THOMAS LE BLANC *Iesuita*, *La Vie de Vincent Caraffe, septiéme Géneral de la Compagnie de Iésus, écrite en Italien par Daniel Bartoli, & traduite par Th. Le Blanc.* Lugduni 1653. in 8.

THOMAS MAGISTER. Vitæ Aristophanis Compendium, in limine ejus Comœdiarum, Venetiis, 1498. apud Aldum Manucium editarum

THOMAS MARTYR *Anglus.* Vita Gulielmi Wickami, Vintoniensis Episcopi. Londini, 1597.

THOMAS MESSINGHAMUS. Florilegium Insulæ Sanctorum, seu, Vitæ & Acta Sanctorum. Hiberniæ. Parisiis, 1624. fol.

THOMAS MORUS *Pronepos* Thomæ Angliæ Cancellarii, ejus Vitam vulgavit Anglicè.

THOMAS MVNCKERVS Mythographos Latinos, Julium Hyginum, Fabium Planciadem, &c. cum Commentariis edidit. Præmissa est Dissertatio de Autore, stylo & ætate Mythologiæ quæ Julii Hygini Augusti Liberti nomen præfert. Amstelodami, 1681. in 8.

THOMAS de PINEDO *Lusitanus* in admonitione ad Lectorem præposita Libro Stephani de Urbibus Amstelodami, Typis Jacobi de Jonge 1678. edito, in folio agit de Stephano, ejus Ætate, Patriâ, Operibus, & Editionibus.

THOMAS POPE BLOUNT *Anglus Baronettus*, Censura Autorum, sive, Tractatus in quo Varia Variorum Doctorum de Clarissimis cujusque Sæculi Scriptoribus judicia traduntur. Londini, 1690. in folio. Editio Secunda Genevæ, apud Samuelem De Tournes, in quâ quæ Anglicè & Gallicè ex Anglis & Gallis Scriptoribus allata fuerant, Latinè versa sunt.

Idem, edidit Vitam Sethi Ward, Episcopi Salisburiensis in Anglia impressam.

THOMAS RANGIVS. Colberga Togata, id est, Nomenclator Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum Colbergensium. Colbergæ, 1668. in 4.

THOMAS REINESIVS. in Epistolis ejus ad Daumium multa de Viris doctis judicia continentur.

THOMAS SMITH *Sanctæ Theologiæ Doctor, & Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter.* Historia Actorum, & Martyrii Cyrilli Lucar Patriarchæ

Patriarchæ Constantinopolitani. Habetur in Miscellaneis ejusdem Smith Londini, impensis Samuelis Smith 1686. in 8. excusis.

Ejusdem, Vita Gulielmi Camdeni, ejus Epistolis præmissa, cum Catalogo Scriptorum hactenus ineditorum. Londini, impensis Richardi Chisvvel 1691. 4.

Ejusdem, Catalogus Librorum Manuscriptorum Bibliothecæ Cottonianæ, cui præfixa est Vita Roberti Cottoni Equitis Aurati & Baronetti, & Bibliothecæ Cottonianæ Historia. Oxoniæ, è Theatro Sheldoniano 1696. in folio.

THOMAS SPALATENSIS. Vide JOANNES LUCIUS.

THOMAS STANLEJUS in Præfatione Æschili Tragœdiarum, Londini 1663. folio recenset Editores & Interpretes ejus Tragœdiarum. Vide etiam JOANNES CLERICUS.

THOMAS STAPLETONUS *Henfildanus, in Suexia Angliæ Provinciâ, Duaci & Lovanii Theologiæ Professor Regius.* Orationes Academicas, Antuerpiæ apud Joannem Keerbergium 1600. in 8. edidit, inter quas extat Oratio funebris Joannis Lentallani Aquicinctiensis.

THOMAS STROZZA *Neapolitanus Iesuita*, edidit Italicè Orationem in justis exequiis Cardinalis Francisci Mariæ Boncacii. Neapoli, 1673. in 4.

THOMAS STUBS, seu STOBÆUS *Anglus Eboracensis Ordinis Dominicani Monachus*, Vitæ Archiepiscoporum Eboracensium, à S. Paulino ad Joannis Thoresbecii obitum, seu à primâ fundatione Sedis ad annum 1573. Extant inter Scriptores Angliæ à Thvvisdeno, Londini, apud Jacobum Flesher, 1652. in folio editos.

THOMAS TAMAJUS de VARGAS *Abula-Carpetanus Philippi IV. Hisp. Regis Historiographus*, Elogia illustrium in Carpentaniâ Scriptorum, & Collectio Librorum in Hispanica Linguâ scriptorum.

Idem, edidit Paulum Diaconum Emeritensem de Vita & Miraculis Patrum Emeritensium. Antuerpiæ, apud Joannem Meursium 1638. in 4.

Idem, descripsit Vitam S. Ildefonsi, quæ extat apud Bollandum II. Januarii.

THOMAS THOMASI, *La Vita di Cesare Borgia.*

Veronæ, apud Joannem Baptiſtam, 1671. in 12.

THOMAS TRETERUS *Poſnanus*, ſcripſit Romanorum Pontificum Compendiaria geſta, ſoluto, vinctoque Sermone. Item Seriem & Acta Epiſcoporum Poſnanenſium.

Ejuſdem, Oratio habita in exequiis Staniſlai Hoſii Poloni, S. R. E. Cardinalis, Majoris Pœnitentiarii & Epiſcopi Warmienſis. Extat ad calcem; Vitæ ejuſdem à Staniſlao Reſcio deſcriptæ, & editæ Romæ, 1587. & Olivæ, 1690. in 8.

THOMAS VASCONENSIS vel VASCONIVS, vulgò GASCOGNE Eboracenſis, Academiæ Oxonienſis Cancellarius, Vita S. Hieronymi inedita.

THOMAS de VILLACASTIN, *Valliſoletanus Ieſuita*, edidit Hiſpanicè Vitam Franciſci Xaverii. Valliſoleti, apud Franciſcum Fernandum, 1602. in 8. recuſam Barcinone cum Auctario, 1622. in 16.

THOMAS VOLUSENUS, Vita Patricii Adamſonii, Epiſcopi Sancti Andreæ, præfixa ejus Libro de ſacro Paſtoris munere. Londini, 1619. in 8.

THOMAS WEGELINUS, *Auguſtanus*, *Theologus Argentoratenſis*. Oratio de quinque Paulis Epiſcopis Romanis. Tubingæ 1609. 4.

THORMORDIUS TORFÆUS, *Norvegiacarum Rerum Hiſtoriographus Regius*. Orcades, ſeu Rerum Orcadenſium Hiſtoriæ Libri tres, quorum ſecundo complectitur primos Orcadum Epiſcopos, eorumque Succeſſores. Hafniæ, Sumptibus Autoris, & Francofurti apud Joan. Dan. Zunner.

THRASYLUS, ſcripſit de Vitâ & Libris Democriti. Diog. Laërt. lib. 9.

Idem, ſcripſit de Libris Platonis, & ejus genere. Laërt. Ibid.

TIBERIVS CLAVDIVS DONATVS deſcripſit Virgilii Maronis Vitam.

TILLEMONT, *Hiſtoire des Empereurs, & des autres Princes qui ont regné durant les ſix prémiers Siécles de l'Egliſe, des perſecutions qu'ils ont faites aux Chrêtiens, de leurs guerres contre les Iuifs, des Ecrivains profanes, & des Perſonnes les plus illuſtres de leur tems, juſtifiée par les Citations des Auteurs Originaux, avec des Notes pour éclaircir les principales dificultez*. Pariſiis, apud Carolum Robuſtel, 1691. II. Vol. in 4.

Ejusdem, *Memoires pour servir à l'Histoire de l'Eglise*. Parisiis & Bruxellæ tribus Voluminibus in 12. Ibi describuntur Vitæ duodecim Apostolorum.

TILLOTSON, *Anglus Theologiæ Doctor, & Decanus Cantabrigiensis*, Vita Isaaci Barrovv Theologiæ Doctoris, Collegii Trinitatis Cantabrigiæ Rectoris, præfixa ejus Operibus, Anglico Idiomate Scriptis. Londini, 1686. in folio, 3. Vol.

TIMAGENES vel TIMOGENES *Milesius Historicus*, scripsit de Heracleâ Ponticâ, & Viris ex ea illustribus Libros V. teste Suida.

TIMANNVS GESSELIVS *Medicinæ Doctor*, Historia Sacra & Ecclesiastica. Trajecti ad Rhenum 1659. 4. In fine addita est Scriptorum Irenicorum enumeratio.

TOBIAS MAGIRVS, vide CHRISTIANVS WILHELMVS EYBEMIVS.

TOBIAS WAGNERVS *Tubingæ Theologiæ Professor, & Academiæ Cancellarius*, Memoria Joannis Ulrici Pregitzeri, Theologiæ Doctoris, Ecclesiæ Tubingensis Præpositi, ac Universitatis Cancellarii. Tubingæ, 1619. in 4.

Ejusdem, Vita Melchioris Nicolai, Theologi Wittebergensis consummatissimi. Ibidem, 1661. in folio.

Ejusdem, Memoria rediviva Danielis Hitzleri Ducis Wittebergensis Consiliarii & Præpositi Stutgardini, 1661. in 4.

TOUSSANUS BRIDOUL *Insulanus Iesuita*, Vita Francisci Cajetani Jesuitæ, ex Italico Latinè reddita. Insulis, 1641. in 8.

TRAJANUS BOCCALINUS edidit Epistolas Italicas, in quibus egit de Vita Marci Antonii de Dominis, Archiepiscopi Spalatensis. Epist. III. Dantis, Ep. 6. Petrarchæ. Ep. 13. Equitis Marini Poetæ, Ep. 20. Adjunctæ sunt Libro cui titulus Bilancia Politica. Castellanæ, apud Joannem Hermannum Widerhold 1678. in 4. II. Vol.

TRIBONIANUS SIDETES, Vitam Theodoti Philosophi tribus Libris exposuit, teste Suida.

TVRRIANVS LE-FEVRE *Duacensis Iesuita*, edidit Gallicè Elogia Sanctorum in singulos anni dies distributa. Duaci, Typis Viduæ Marci Wion, & Bartholomæi Bardou, 1639. in 8.

Kk 2 *Ejusdem*,

Ejusdem, Vita Cæsaris Cardinalis Baronii, Ibidem, 1668. in 8.

Ejusdem, Vita Bernardi Colnago, Societatis Jesu, ex Latinâ Joannis Paulini Jesuitæ. Ibidem, apud Baltazar. Bellerum, 1665. in 8.

Idem, litteris mandavit Vitam Francisci Borgiæ, olim Ducis Gandiæ, Duaci, 1671. in 12.

TYCHO BRAHE', descripsit Vitam suam quæ habetur in Mechanicis suis. Vide Gassend. Vit. Tych. Brach. p. 202.

VALENTINUS VIDAVIUS *Theologiæ Doctor, Universitatis Cracoviensis Rector.* Oratio funebris in obitum Martini Pilsnensis, in eadem Academia Theologiæ Professoris.

VALENTINUS VOGLERUS, *in Academiâ Helmstadiensi Medicinæ Professor.* Introductio Universalis in Notitiam cujuscunque generis bonorum Auctorum. Helmstadii. Typis & sumptibus Henningi Mulleri, 1670. in 4. Eadem prodiit cum Notis & Augmento Henrici Meibomii. Ibidem, Typis & sumptibus, Georgii Wolfgangi Hammii, 1691. in 12.

Idem, in Programmate ad Sacræ Physicæ, & Medicinæ Studiosos à se edito, disserit de illis Scriptoribus qui peculiariter ea tractârunt quæ vel ad naturalem scientiam, vel medicinam spectantia in Sacris Scripturis leguntur.

VALERIUS ANDREAS *Iurisconsultus*, Vita Erycii Puteani Historiographi Regii, inque Academiâ Lovaniensi Professoris.

VALERIUS JASCHIUS *Pomeranus Theologiæ Licentiatus*, Ottho Episcopus Bambergensis, Pomeranorum Apostolus, cujus Vitam prolixè, sed stylo illius temporis barbaro non nemo Anonymus, ante annos quingentos descripsit, in Theatrum Ecclesiæ, amore patriæ atque Religionis reducta à Valer. Jaschio. Colbergæ excudebat Ludovicus Raderus, 1676. in 12.

VALERIUS NANI, *Vita di S. Petronio Vescovo, e Protettore di Bologna, con alcune Osservationi Istoriche.* Bononiæ, 1683.

VALERIUS VALENTINUS de MOLARIA *Vaticanæ Basilicæ Beneficiatus*, edidit Orationem de Laudibus Urbani VII. dum illi anno 1614. publicè parentaretur.

VALERIUS ZANI *Bononiensis Academicus Gelatus*, molitur

molitur Bibliothecam Bononiensem auctiorem, & locupletiorem.

VALLEMONT, *Presbyter & Theologiæ Doctor*, in Libro à se vulgato, Parisiis, apud Joannem Anisson, 1696. in 12. cui titulus, *des Elemens de l'Histoire*, recenset Historicos qui Historiam Ecclesiasticam & Civilem scripserunt, & de iis judicat.

VARILLAS, *Les Anecdotes de Florence, ou, l'Histoire secréte de la Maison de Medicis.* Parisiis primùm, deinde Hagæ Comitis apud Arnoldum Leers, 1685. in 12. In eâ disserit de Viris doctis qui tempore Medicæorum Principum inclaruere.

Idem, scripsit Compendium Vitæ Joannis Meursii, Davidis Chytræi, & Hieronymi Zanchii, in Prolegomenis primi Tomi Libri, cui titulus, *Histoire des revolutions arrivées en matiére de Religion.* Parisiis, apud Claudium Barbin, 1686. VI. Vol. in 4. In Prolegomenis quinti Tomi, agit de Bartholomæo Carranza, Ordinis Sancti Dominici, Archiepiscopo Toletano.

VERIUS, *Abbas Gallus*, *La Vie de François Borgia.* Parisiis, 1672. in 12.

VINCENTIUS ANNIBALDUS, scripsit Vitam Jacobi Mandelli Jurisconsulti: Habetur in limine ejus Consiliorum. Venetiis, apud Joannem Somaschum, 1591. fol.

VINCENTIUS COLESSUS, *Iurisconsultus*, Vita Martialis, ex ipso Martiale potissimum desumpta. Extat in limine Commentariorum ejusdem Colessi in Martialem, Parisiis, apud Antonium Cellier, 1680. in 4. editorum.

VINCENTIUS GUINISCUS *Lucensis, Iesuita*. Allocutiones Gymnasticæ. Antuerpiæ, apud Joannem Cnobbarum, 1633. In 1. 2. & 3. Tullius Cicero cum Virgilio comparatur: & uter alteri ingenio præstiterit disputatur.

VINCENTIUS JUSTINIANUS, Vita Ludovici Granatensis. Valentiæ, 1582. 4.

VINCENTIUS MARIA FONTANA *Romanus* contexuit Catalogum Scriptorum Ordinis Prædicatorum Romanæ Provinciæ.

VINCENTIUS MASTAREUS, *Italus Aquilanus Iesuita* scripsit Italicè Vitas Sanctorum Petri Celestini, Bernardini Senensis, & Equitis Abbatis, quos habet Aquila Patronos. Nea-

poli, apud Ægidium Longum, 1628. in 4.

VINCENTIUS MICHAEL de MORADEL, *Catalaunus*, edidit Carmine Vitam S. Raimundi de Pennaforte. Barcinone, 1603. in 8.

VINCENTIUS MUTIUS in libro cui titulus *Historia del Reino de Mallorca* descripsit Vitam Raymundi Lulli, cujus Summa exhibetur ab Olao Borrichio in Libro de Ortu & Progressu Chemiæ. Vide Georgii Paschii Inventa Nova Antiqua p.126.

VINCENTIUS PANURGUS, Vide JOANNES MORINUS.

VINCENTIUS PLACCIUS, *Professor Hamburgensis*, contexuit Catalogum accuratum Autorum qui de interpretatione aliquid ediderunt, in Libro cui titulus; De Jurisconsulto perfecto, sive, de Interpretatione Legum in genere. Holmiæ, & Hamburgi, apud G. Liebzeit, 1693. in 8.

Idem, Catalogum Librorum à se editorum & edendorum publicavit, quod asserit se fecisse, exemplo Andreæ Alciati, Claudii Archenii, Valerii Andreæ, S. Augustini, Jacobi Auzolii, Thomæ Bartolini, Friderici Cardinalis Borromæi, Philippi Bosquieri, Henrici Bullingeri, Joannis Caii, Thomæ Campanellæ, Canevarii, Joannis Caramuelis, Hieronymi Cardani, Champerii, Joannis Cochlæi, Dionysii Carthusiani, Joannis Amos Comenii, Durastrantis, Desiderii Erasmi, Henrici Ernstii, Joannis Jacobi Frisii, Ahasveri Fritschii, Joannis Furtenbach, Galeni, R. Gedaliæ, Jechaiæ filii, Gilberti Genebrardi, Conrardi Gesneri, Jacobi Gretzeri, Chrysostomi Henriquez, Davidis Herlicii, S. Hieronymi, Honorii, Joannis Henrici Hottingeri, Christiani Kortholt, Philippi Labbæi, Petri Lambecii, Joannis de Launoi, Petri Laurenbergii, Fortunii Liceti, Michaelis de Marolles, Francisci Mirandulani, Nicolai Nancelii, Friderici Nauseæ, Michaelis Neandri, Aloysii Novarini, Theodori Petreii, Laurentii Pignorii, Joannis Pitsei, Portæ, Antonii Possevini, Prioli, Erycii Puteani, Theophili Raynaudi, Antonii Reiseri, Joannis Rhenii, Petri Ribadeneiræ, Annæi Rulmanni, Francisci de Sales, Antonii Sanderi, Joannis Schefferi, Gasparis Scioppii, Sigeberti, Sixti Senensis, Claudii Sorelli, Joannis Starkii, Henrici Stephani, Svvertii, Sylvestri Taurelli, Jacobi Philippi Tomasini, Joannis Trithemii, Antonii du Verdier, Caroli de Visch,

Visch, Gothofredi Voigtii, Martini Zeileri, &c.

Idem, pollicetur. De Anonymis & Pseudonymis detectis ultra 4000. libros duos in folio.

Idem, mihi indicavit Autores in hoc Catalogo Asterico notatos.

VIRGILIUS PIRIGITZERUS *Halensis Suevus, I. V. D. Professor, primùm Ienensis, deinde Helmstadiensis*, Declamationes de Vitâ Baldi de Ubaldis Jurisconsulti.

VITUS LUDOVICUS à SECKENDORF *Eques Francus, Consiliarius Intimus Saxonicus*, In Commentario Historico & Apologetico de Lutheranismo, Francofurti, & Lipsiæ, sumptibus Joannis Friderici Gleditsch. II. Vol. in folio edito, Vitas nonnullorum Doctorum Lutheranorum breviter descripsit, & Opera Lutheri recensuit.

Idem, Actis Eruditorum Lipsiensibus, Mensis Januarii 1686. inseruit Relationem de Vitâ & Scriptis Antoniæ Borignon. Hanc Petrus Poiretus impugnavit in Monito necessario ad Acta Eruditorum Lipsiensia, & Compilatorem Articuli de Borignona, ejusque Operibus, plus quadragesies falsi convincente, Amstelodami excuso, anno 1686. Vindicavit autem Seckendorf suæ Relationis fidem, in Defensione illius, adversus Monitum necessarium, Lipsiæ, eodem anno in 4. edita.

Ejusdem, Discursus de Scriptoribus contra Atheos qui legitur in frontispicio Additionum ad ejusdem *Christen-Stadt* Lipsiæ 1685. in 8. editæ.

VITUS WINSHEMIUS ORTELIUS, Oratio de Gregorio Pontano, Doctore Juris, Ducis Saxoniæ Cancellario. Wittebergæ 1560. in 8.

Ejusdem, Laudatio Funebris Sebaldi Munsteri. Habetur Tomo 2. Orationum Phil. Melancht.

ULRICUS HUBERUS *Frisius*, Jurisconsultos Frisiæ qui hoc & anteacto Sæculo floruerunt recenset, & de natalibus, Vita & exitu Gulielmi Cupin, Antecessoris & Collegæ sui differit, in Libro cui titulus, Auspicia Domestica Exercitationum quibus Otium quod illustres Frisiæ Ordines ei apud Academiam suam fecerunt, occupare constituit. Franeckeræ, apud Joannem Gyselaar, 1682. 8.

ULYSSES ALDROUANDUS *Bononiensis, in Patria, Philosophiæ & Medicinæ Professor*, Orationes in laudem eorum qui in Collegio Bononiensi Philosophiæ & Medicinæ, dum ipse fungeretur munere Archidiaconi, promoti sunt.

Ejusdem, Elogia Virorum qui visitarunt Musæum, & scripserunt in Libro ejus.

VOPISCVS FORTUNATUS PLEMPIUS *Amstelodamensis*, non solùm agit de Patriâ & Vitâ Abensinæ, vel Avicennæ, sed etiam de Interpretibus Operum ejus, in Præfatione Canonum Medicorum à se vulgatorum, Lovanii typis, ac sumptibus Hieronymi Nempæi 1658. in folio.

URATISLAVIENSE COLLEGIUM, *in Silesia Metropoli*, edidit Famam posthumam, Virtutes & Honores Episcoporum Uratislaviensium, à Godefrido I. Episcopo, usque ad XLVIII. Sebastianum tunc viventem, cum hic solemni ritu in Silesiæ Antistitem consecraretur. Uratislaviæ, Typis Baumannianis 1665. in folio.

URBANUS VI. *Pontifex Romanus*, Bariensium Episcoporum Historiam usque ad sua tempora deduxit, ut Auctor est Eisingrenius.

WENCESLAUS SCHWERTFER, *Silesius Rotemburgensis Iesuita*, Vita Martini Stridonii Societatis Jesu. Pragæ, typis Universitatis 1673. in 4.

WIBERTUS *Archidiaconus Tullensis*, Vita Leonis IX. Pontificis Romani. Parisiis, 1618.

WIGULEJUS HUND à SULTZEMOS *I. C. Supremi Bojorum Senatus Monachii Præses*, Metropolis Salisburgensis, continens Primordia Religionis per Bojariam, & loca quædam vicina, Catalogum videlicet & ordinariam Successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coepiscoporum Frinsingensium, Ratisbonensium, Patavinorum, ac Brunsvvicensium &c. Ingolstadii, 1582.

WILHELMUS *Patriâ Sommersetus. Cœnobii Malmesburiensis Monachus & Bibliothecarius*. De rebus gestis Pontificum Anglicorum, à primo Augustini adventu, ad suum usque tempus. Londini 1596. in fol. & Francofurti 1601.

VVILHELMUS

WILHELMUS CANTUARIENSIS. Vide HERBERTUS de HOSCHA.

WILHELMUS ERNESTUS TENZELIUS, Exercitationes Selectæ in duas partes distributæ, quarum prior præter Symbolum Apostolorum, Clementis Romani, Ignatii, Polycarpi, Justini Martyris, Athenagoræ, Theophili Antiocheni, Tatiani, Sozomeni, Jacobi Nizimensis & Ephremi Syri Scripta, plerorumque Vitâ præmissâ continet. Lipsiæ, sumptibus Joannis Friderici Gleditschii, 1692. in 4.

WILHELMUS HEDA, Vide JOANNES BEKA.

VVILHELMVS HVLSIVS, Vitæ Romanorum Pontificum. Vesaliæ, 1639.

VVILHELMVS KYRIANDER *Iuliacensis, I. V. D. Syndicus Trevirensis*, Annalibus de Origine & Statu Civitatis Augustæ Trevirorum, Biponti 1603. & 1625. in fol. editis, inseruit Catalogum & Vitam Episcoporum & Archiepiscoporum Trevirensium.

VVILHELMVS SCHICKARDVS. Vide MATTHÆVS ESENVVIN.

VVILHELMVS STRATEMANNVS, Theatrum Historicum, memoriæ juvandæ causa, per decem exitus & per Sæcula, concinnatum; Reges, Imperatores, Pontifices, Viros illustres, & Universam Historiam Sacram & Profanam à Mundi Origine ad annum 166. exhibens. Erfurti, 1656. in 12. Rudolstadii, 1664. in 8. & Francofurti 1692.

VVILHELMVS TILENVS, Catalogus Variorum & Insignium Librorum Bibliothecæ VVilhelmi Tileni in Ecclesia Belgicâ Londinensi Pastoris. Middelburgi Zelandiæ 1640. in 4.

VVILHELMVS VVATS *S. T. D.* Egit de Matthæo Paris, Monacho Albanensi, & de Rogerio VVandovero, in Præfatione Historiæ Majoris ejusdem Paris, Lutetiæ. apud Viduam Gulielmi Pelé, 1664. in folio editæ.

VVILHELMVS VVINSTANLEY, Anglorum aliquot illustrium, & Doctorum Vitas descripsit Anglicè, in Libro cui titulus *Englands VVorthies*. Londini, 1660. in 8.

VVILHELMVS VVORMIVS, *Rector Hafniensis*, Programma in obitum Erici Pontoppidani Episcopi Nidrosiensis. Hafniæ, 1678. fol.

Ejusdem, Oratio funebris in Obitum Thomæ Bartholini. Ibidem, 1670. 4.

VVILIBALDUS, *Anglus Devoniensis*. Scripsit Vitam Sancti Bonifacii Præceptoris sui, quæ habetur apud Canisium, Tom. IV. part. 2. p. 341. & cum Bonifacii Epistolis à Serrario editis, Moguntiæ, 1605.

VVOLFGANGUS CAPITO, *Ecclesiastes Argentinensis*, Vita Huldrici Zvvinglii præmissa Epistolis Doctorum Virorum, 1684. in folio editis.

VVOLFGANGUS ERNESTUS HEIDEL, Vita Joannis Tritthemii. Habetur in limine ejus Steganographiæ, quam à se vindicatam & reseratam edidit supradictus Heidel, 1676. in 4.

VVOLFGANGUS KRUGERUS, *Ecclesiæ Turnaviensis Pastor*, Catalogus mille Virorum Marte & Arte illustrium. Erfurti, 1627. in 4.

VVOLFGANGUS MEJERUS *Basileensis*, *in Patriâ Archidiaconus*, Beatam memoriam Amandi Polani 14. Januarii Oratione Panegyricâ immortalitati consecravit.

VVOLFGANGUS MAURITIUS ENDTERUS, Notitia Librorum, sive, Bibliotheca portatilis Theologiæ, eaque tum realis, tum nominalis, cujus præsens pars Protestantium, seu potius quorumlibet Librorum extra Romanam Ecclesiam Linguâ Latinâ scriptorum, qui in Officinâ dicti Endteri, Noribergæ nunc venum prostant, Catalogum exhibet 1688. 8.

Catalogus Librorum Medico-Physico-Mathematicorum, qui in Bibliopolio VVolfgangi Maur. Endteri Noribergæ reperiuntur, 1695. 4.

XANTHUS, *Musicus Atheniensis Theophrasti æqualis*, Historiam Eruditorum scripsit.

XENOCRATES *Chalcedonius*, scripsit teste Diogene Laertio, l. IV. De discipulis libros duos, Pythagorea, unum, De Vitis unum, De Geometris quinque.

XENOPHON, *Grylli filius*, *Philosophus Atheniensis*, dicitur scripsisse Vitas Philosophorum. Vide Jons. De Script. Hist. Philos. lib. I. c. 7.

ZACHA-

ZACHARIAS LIPPELLOUS. Vide CORNELIUS GRASIUS.

ZACHARIAS SCHEFFERUS, *Historiarum apud Tubingenses Professor.* Oratiuncula de Vita & Morte Joannis Plachtii, Medicinæ Doctoris, & in Academiâ Tubingensi Professoris. Tubingæ, Typis Joannis Cunrardi Geysleri, 1635. in 4.

ZACHARIAS THEOBALDUS, Historia Bohemica, de Statu Religionis, & Rebus ante Reformationem in Religionis negotio gestis, cum primis de Joannis Hussi Vitâ, Doctrinâ, Morte, Vindicatione ejus à Rob. Joh. Zisca, præ cæteris, & Procopio Raso, susceptâ. Francofurti, apud eundem Zachariam Theobaldum, 1691.

ZACHARIAS URSINUS, *Vratislaviensis*, Catalogus Librorum à Zacharia Ursino conscriptorum præmissus ejusdem Explicationibus Catecheticis, Neustadii, in Palatinatu, 1685. in 8. excusis.

Ejusdem, Vita Joannis Calvini à Theodoro Beza Gallicè scripta, facta Germanica. Anno 1564.

ZACHARIAS ZAHN, *Northemensis*, Libellus de Vita & Obitu Henrici Lampadii Concionatoris Brunsvvicensis. Lemgoviæ, 1590. in 8.

ZACUTUS LUSITANUS Medicus, In Præfatione Operum suorum, Lugduni, apud Joannem Antonium Huguetan, & Marcum Antonium Ravaud, in folio II. Vol. editorum recenset celeberrimos Medicos, & Interpretes Hippocratis, Galeni, Celsi, Theophrasti, Dioscoridis, Pauli Æginetæ, Avicennæ, Rasis, Mesuæ, Isaaci Israëlitis, Plinii, Solini. Agit etiam de Galeno, Cornelio Celso, Paulo Ægineta, Ætio, Oribasio, Cælio Aureliano, Tralliano, Actuario, Rasis, Avenzohar, Alzaharovio, Albucasi, Averroe, Haly Abbate.

HIS ADDE.

AMELOT de la HOUSSAYE, Vitam Cardinalis Arnoldi d'Ossat præmisit ejus Epistolis, Lutetiæ Parisiorum 1697. in 4. editis.

ANTONIVS TEISSERIVS, Vita Joannis Sleidani Gallicè exarata, & præmissa ejus Historiæ de quatuor Monarchiis in eandem Linguam conversæ, & Berolini 1699. in 12. apud Robertum Roger excusæ.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS, Vita Ciceronis in limine ejus Epistolarum ad diversos. Lipsiæ, sumptibus Jo. Frid. Gleditsch in 8. 1698. excusarum.

CHRISTOPHORVS HEIDMANNVS, Oratio in obitum Cornelii Martini, Professoris Theologiæ Helmstadiensis, cum Georgii Calixti, Rudolphi Diepholdii, & Cornelii Horneii parentationibus eidem habitis. Helmstadii, 1622. 4.

Ejusdem, Francisci Fabricii Historia Ciceronis auctior, cum Præfatione, & novo Indice. Ibidem 1620. 4.

EDMVNDVS GIPSON, Henrici Spelmanni Vitam composuit, & præfixit ejus Operibus posthumis, idiomate Anglico scriptis. Prodierunt Oxoniæ 1698. in fol.

ELIAS DVPIN, *Nouvelle Bibliothèque des Auteurs Ecclésiastiques &c. Tome X. Des Auteurs du Treizième Siécle.* Parisiis, apud Andream Pralard 1699.

FRIDERICVS ROSTGAARDVS, Poëtas Daniæ celebravit in Præfatione præfixa Deliciis Poëtarum Danorum, Lugduni-Batavorum, in 12. duobus Voluminibus, editis.

GEORGIVS HANNÆVS, *Medicinæ Doctor, & Professor Hafniensis*, Oratio Parentalis in obitum Thomæ Bartholini. Hafniæ, 1680. in 4.

GEORGIVS HICKESIVS, *Decanus in Angliâ VVigorniensis.* Institutionibus suis Grammaticæ Anglo Saxonicæ, & Mæso-Gothicæ, Oxoniæ, 1689. impressæ, attexuit Indicem Librorum Veterum Borealium, Anglo-Saxonicorum, Francicorum, & Teutonicorum.

GVLLIELMVS RIBIER, *Regis Galliæ Status Consiliarius*, composuit duob. Volum. in folio Librum cui titulus, *Memoires d'Etat sous les régnes des Rois François I. Henri II. & François II.* impressum. Parisiis 1666. Ubi habetur Vita Cardinalis Sadoleti pag. 107. Tom. I.

HENRICVS LVDOLPHVS BENTHEM, *Bardevici Pastor & Superintendens*, In Libro Germanicè scripto, De

Ecclesiarum & Scholarum Belgicarum Statu, Francofurti & Lipsiæ 1698. in 8. edito, Veteres ac Recentiores Professores ac Doctores Belgas recenset, plerorumque Libros ac Vitas sistit, & Bibliothecam Librorum quos Belgæ concinnarunt, annectit.

JOACHIMUS PASTORIUS, Memoria duorum Gymnasii Elbingensis Rectorum, Joannis, & Michaëlis Myliorum Posthuma.

JOANNES EVELYN, *Armiger Anglus*, In Libro à se patrio Idiomate scripto, in quo agit de Numismatibus, & Londini 1697. in folio edito, omnes qui de re nummariâ commentati sunt Autores, commemorat: Ibidem extat Catalogus Doctorum Virorum Angliæ, & fœminarum ejusdem Nationis, quæ litteris, aut aliis virtutibus effloruerunt.

JOANNES LOCCENIUS, Oratio in obitum Petri Kirstenii, Medicinæ Professoris Upsaliensis. Upsaliæ 1640. in 4.

JOANNES ISAAC PONTANUS, Judicia tulit de Daniæ Scriptoribus in Chorographica Daniæ descriptione; Historiæ Danicæ, 1631. Amstelodami editæ, Subjuncta.

JOANNES PONTINUS, *Calmariensis Bibliothecarius Regius*, Oratio funebris in Obitum Henrici Ausii, Upsaliæ, Græcæ Linguæ Professoris. Upsaliæ 1659. fol.

JOANNES POTTERUS. *Collegii Lincolnensis in Academiâ Oxoniensi Socius*. Prolegomena præmissa Lycophronis Alexandræ Oxonii 1697. in fol. editæ, in quibus de Vita & Scriptis Lycophronis agitur.

LA BAUNE *Iesuita*, Elogium Theodori Studitæ. Extat Tomo 5. Operum Jac. Sirmondi Parif. apud Joannem Anisson 1696. in fol.

MICHAEL WEXIONIVS, Oratio de Bibliothecis in genere, & in specie de Bibliothecâ Academiæ Aboensis. Aboæ in fol.

NICOLAVS SVDORIVS, præfixit Vitam Pindari, ejus operibus, Oxonii è Theatro Sheldoniano 1698. in folio editis.

NICOLSON *Theologus Eboracensis*, edidit Bibliothecam Historicorum Anglorum in 8.

OLAVS WORMIVS *Medicus Hafniensis*, in Linguam

Latinam transtulit, Anonymi Catalogum Islandicè exaratum, in quo celebrantur Scaldræ, sive, Poëtæ antiquissimi, Dani, Norvvegienses, Sueci, Islandi; & Litteraturæ suæ Danicæ ac Dissertationi de prisca Danorum Poësi, 1636. & 1651. editæ, subjecit.

OLIGER JACOBÆVS *Medicinæ Doctor, & Professor Hafniensis*. Oratio in obitum Summi Daniæ Æsculapii, Thomæ Bartholini, Operum illius Catalogo aucta. Hafniæ, 1641. in 4.

OTTO SPERLINGIVS, junior, molitur Catalogum Scriptorum Historiæ Danicæ, & Sueciçæ, qui propediem edetur.



AUTORES ANONYMI.

ABRAHAMVS SCVLTETVS *Grundbergensis Silesius, Theologiæ in Academiâ Heidelbergensi Professor*, Ejus Vitæ curriculi Narratio. Excusa est Embdæ 1625.

ADAM, *La Vie d'Adam prémier homme, avec des Refléxions, traduite de l'Italien de Loredano*. Parisiis, apud Edmum Couterot 1695. in 12. & Amstelodami, apud Ludovicum de Lorme, & Stephanum Roger, 1696. 12.

ADRIANI PAW Librorum Catalogus, Hagæ Comitis 1654. & 1656. in 4.

ÆGIDIVS MENAGIVS *Andegavensis, Memoires pour servir à la Vie de Mr. Menage*. Habentur in limine Libri cui titulus, *Suite du Menagiana*. Parisiis, & Amstelodami, 1695. in 12.

ÆSCHYLI Vita Græcè & Latinè præmittitur ejus Tragœdiis Londini 1633. Typis Jacobi Flescher fol. cum Notis Thomæ Stanlei editis.

ALEXANDER ab ALEXANDRO, *Iurisconsultus Neapolitanus*, Vitæ ejus Compendium extat in limine Libri Genialium Dierum, Lugduni Batavorum, ex Officinâ Hackianâ 1673. in 8. apud Joannem Du Fresne.

ALEXANDER MORVS, *Castrensis apud Albios. Panegyrique d'Alexandre Morus, Professeur en Langue Grecque, en Histoire, en Theologie, & Pasteur de l'Eglise de Charenton*. Amstelodami, 1695. in 8.

ALE-

ALEXANDRINI *Patriarchæ*, Forum Historia descripta est Gallicè. Parisiis, 1677. in 12.

ALFONSUS RODRIGUEZ, Vide FRANCISCUS REGIS inter Anonymos.

AMBROSIANA BIBLIOTHECA, Catalogus Codicum Manuscriptorum qui ex Archiducali Arce Ambrosiana, juxta Oenipontem sita, in Bibliothecam Vindebonensem translati sunt. Habetur libro 2. Commentar. Petri Lambecii de Bibl. Vind. p. 740. & sequentibus.

AMSTELODAMENSIS Bibliothecæ Catalogus Amstelodami, 1668. 4.

ANDREAS WISSOVATIUS *à Stumzki, Eques Polonus, Fausti Socini ex filia nepos, Pastor Socinianus*, Vita ejus ab Anonymo scripta adjecta est Bibliothecæ Antitrinitariorum à Christophoro Sandio editæ Freistadii 1684. in 12.

ANNA MARIA SCHURMAN, Annæ Mariæ Schurmanniæ Ευκληρία, seu melioris partis electio, (Lucæ X. 41.) brevem Vitæ ejus delineationem exhibens. Altonæ, 1673. in 8.

ANTONIUS ALBISIUS, *Nobilis Florentinus, ad Protestantium Religionem mirabiliter conversus*, Ejus Vita legitur in limine Exercitationum Theologicarum ab eodem publicatarum, Augustæ Vindelicorum, 1627.

ANTONIUS ARNAUD, *Doctor Sorbonicus. Histoire Abregée de la Vie & des Ouvrages de Mr. Arnaud; &c.* Coloniæ apud Noelem Schoutten, 1695. in 12.

AONII PALEARII *Verulani* Vita habetur in Præfatione ejus Operum, Amstelodami, apud Henricum Wetstenium editorum 1696. 8.

APULEI Vita, summatim relata, extat in limine ejus Operum, Lugduni, apud Viduam Antonii de Harsy 1614. in 8. editorum.

ARABICA BIBLIOTHECA Leonardi Sidonis. De ea fit mentio apud Lambec. Lib. 1. Comment. de Biblior. Vindeb. p. 104.

ARABICORUM & SYRIACORUM Librorum Catalogus. Romæ, 1630. Vid. eund. Lamb. ibid. p. 103.

ARETÆI *Medici Græci*, Vita præmissa est ejus Operibus, Augustæ

Augustæ Vindelicorum, 1603. in folio impressis.

ARISTOPHANIS Vita ab Anonymo scripta, extat in limine ejus Comœdiarum, Venetiis, apud Aldum Manutium, 1498. editarum, & Francofurti 1532. apud Petrum Brubachium in 8.

ARNALDI d'ANDILLY Elogium additum est ejus Historiæ Veteris Testamenti Gallicè editæ, Parisiis apud Petrum le Petit, 1668. & 1675. in 4.

S. ATHANASII *Archiepiscopi Alexandrini* Vita, & Status, ab incerto Autore, & Oratio de Vita, certaminibus & laudibus S. Athanasij, à Viro quodam docto ante aliquot annos conscripta, adjectæ sunt secundo Volumini ejus Operum.

AUSONII BURDEGALENSIS, Vita & Opera, Lugduni.

AUTORES ANTIQUI. *Entretiens sur les Anciens Auteurs contenant un Abregé de leur Vie, & le Iugement de leurs Ouvrages, avec plusieurs Traitez de leurs Ecrits, par Mr.* ***. Parisiis, apud Robertum Pepie, 1696. in 12.

BALTHAZAR ALVAREZ *Iesuita, Hispanus*, Ejus Vita prodiit Latinè. Antuerpiæ, 1670. & Gallicè.

BARBARINÆ BIBLIOTHECÆ Catalogus editus fuit, Romæ 1681. III. Tomis in folio.

BASILEA SACRA, sive Episcopatus & Episcoporum Basileensium Origo, & Series. Brundusiæ 1658. 4.

BEDA *Venerabilis dictus*, Bedæ Vitæ Historia legitur in tertio Volumine ejus Operum, Basileæ 1563. Octo Voluminibus in folio.

Ejusdem, Vita ex Baronii Annalibus & aliis descripta extat in primo Volumine ejus Operum, Coloniæ Agrippinæ VIII. Vol. 1698. editorum.

BENEDICTUS *Monachus Congregationis S. Mauri*, tacito nomine egit de Petro Abbate S. Remigii apud Rhemos, & de ejus Scriptis. Vide Tomum XXIII. Maximæ Bibliothecæ Patrum.

BENEDICTI ACCOLTI Vita præmissa est ejus Libro de præstantibus Viris. Parmæ, apud Hæredes Marii Vignæ, 1689. 12.

BERNARDINI *Ordinis Minorum*, dicti SENENSIS, Vita,

Vita, in 69. Capita distincta habetur Tomo primo ejus Operum, Parisiis 1636. curâ Joannis de la Haye, V. Voluminibus editorum.

BERNARDUS CLARÆVALLENSIS, *Sommaire de la Vie de S. Bernard.* Divione apud Petrum Paliot, 1653. in 8.

Ejusdem, Vita Gallicè cum aliquot ejusdem Patris Tractatibus. Parisiis, apud Antonium Vitré 1649.

BERNARDUS GUIDONIS, *Ordinis Prædicatorum*, Brevis Chronica de Vitâ, Moribus, & Scriptis Bernardi Guidonis, ab Anonymo, sed coætaneo Autore scripta. Extat in Labbæi Bibliothecâ MSS.

BERNARDUS SACCUS *Ticinensis Patritius*, Ejus Vita habetur in Libro cui titulus de Italicarum Rerum varietate & elegantiâ, præcipuè de Ticino. Ticini, 1587. in 4.

BRVNSWICENSES *Superintendentes*, Duodenarius Sacer, complectens Elogia eorum qui post repurgatam in Ecclesiâ Brunsvvicensi doctrinam, Ecclesiæ isti per 120. annos primo loco præfuerunt. Magdeburgi, 1654.

BURCHARDI HASSI, *Episcopi VVormatiensis* Vita præfixa Decretorum Volumini à se collecto, & edito, Coloniæ, 1548. & Parisiis, 1549.

CANTVARIENSES ARCHIEPISCOPI, Historia 70. Archiepiscoporum Cantuariensium. Habetur in Libro inscripto, De Antiquitatibus Ecclesiæ Britannicæ, & nominatim de Privilegiis Ecclesiæ Cantuariensis. Hanoviæ, 1605. in folio.

CAROLVS CONDREN, *La Vie de Charles de Condren Second Superieur General de la Congregation de l'Oratoire de Iesus.* Parisiis, 1643. apud Henricum Sara, & Joan. Paslé.

CAROLVS de la SAVLSAYE, *Abregé de la Vie de Charles de la Saulsaye Docteur en Theologie & Curé de S. Iacques de la Boucherie.* Parisiis, apud Boulanger, 1622. in 12.

CASPARIS MAVRITII *Hamburgensis Ecclesiæ Pastoris* Vita, præfixa ultimo ejus Scripto Hamburgi 1676 edito, hoc titulo, Der beste Weg Zu Reinigung, Erleucht, und Vereinigung.

CASSIODORI Vita habetur in limine ejus Operum Genevæ, sumptibus Petri Chouët, 1650. in 4.

CATALOGVS Autorum qui in Sacros Biblicos Libros Veteris & Novi Testamenti scripserunt, jam iterum post G. Theo-

phili editionem ex variis Bibliothecis collectus, & plus quàm trecentis Autoribus, recentioribus maximè, auctus. Wittebergæ. 1575. in 12.

CATALOGVS etlicher sehr alten Bücher, welche neulich in Irland gefunden Worden. 1649. in 4.

CATALOGVS Librorum ab anno 1593. ad 1660. in Germania impressorum Lipsiæ 1660.

CATVLLI Vita præmissa Commentariis Palladii Fusci Patavini in eundem Poëtam. Venetiis 1486. fol. per Joannem Tacuinum de Tridino.

CHRISTIANI LANGII in Academiâ Lipsiensi Medicinæ Professoris, Vita præmissa ejus Miscellaneis Francofurti, 1688. in 4.

CHRONOLOGICA Tabula Imperatorum, Summorum Pontificum, Regum, Dynastarum, Rerum, Virorumque illustrium à Christo nato ad annum 1664. Ex Chalcographo Giessensi Antonii Utzii.

CHRONOLOGICA TABVLA continens res gestas à Christo nato, nempe Imperatores Romanos, Mutationes Rerumpublicarum, Doctores Ecclesiæ, & alios pios homines, Propagationem Fidei, Persecutiones & Martyres, Schismata, Item Pontificis Romani incrementa, & mores, Hæreticos, & Concilia. Cellis, typis Holveinianis, 1655.

CONFVCII *Philosophi Sinensis* Vita & Philosophia Gallicè, Amstelodami, apud P. Savouret, 1688.

CONGREGATIO de PROPAGANDA FIDE, Elenchus Librorum, sive typis, sive impensis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide impressorum, qui modò in ejusdem Sacræ Congregationis Typographiâ reperiuntur. Romæ 1639. in 4.

CORNELIVS JANSENIVS, *Episcopus Iprensis*, & JOANNES de SAINT CYRAN, *Histoire de Iansenius & de Saint Cyran*, Parisiis, & apud Belgas, in 8.

Cornelii Jansenii Vita præfixa ejus Augustino, Lovanii Typis Jacobi Zegeri 1640. in folio.

